

00 P. 20



U. g. 79, 2

mir soloz pt 2 imfio daro q mfm n a
in adare ftura e



JOVA FELICITER PROSPERANTE. 10

De
FIDEJUSSIONE
Disputationem

*Nobilissimi Jctorum in Inclytâ SALANA Ordinis
Auctoritate & Permissu*

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO

Dn. PETRO THEODO-
RICO J.U.D. CELEBERRI-

mo, P. P. Dicasterii Provincialis & Scabina-
tus Adfessore meritissimo,

*Præceptore, Favitore ac Promotore suo
atq̄m colendo honorando.*

Publicæ disquisitioni submittit

ad diem 29 Martij

CONRADUS BARPKEN,
BRUNSVIGA SAXO.

J E N Æ

Typis TOBIÆ STEINMANNI.

Anno M, DC, XXIII.

IOVA FELICITER PROSPERANTE.

DE

FIDELISSIMO

DISPUTATIONEM

IN

ARTIBUS

PRÆSIDI

FRANCISCO

DR. PETRO THEODO-

ROO LUD. CELLERERI

ET P. F. DICTORIS PROVINCIALIS & SCOLARIS

IN ACADEMIA

TRIPONTINA

ARTIBUS

PUBLICA DISPUTATIONE

IN

CONTRADICTIONE

BRUNSVIGÆ SAXO-

GENÆ

IN

ANNO





In nomine Domini nostri

JESU CHRISTI ad omnia consilia,
omnesq; actus nostros me-
ritò progredimur.

*l. 2. C. de officio Praefecti Prat.
Africa.*

Luris nostri civilis alioquin im-
mensa volumina si penitiùs introspecta-
mus, & ad tempora nostra applicemus,
inveniemus materias, quæ passim in il-
lis occurrunt universas, non incom-
modè ad tria potissimum referri posse genera; videli-
cet vel ad solam subtilitatem, vel ad solam utilitatem,
vel ad utilitatem subtilitatis quodam nexu conjun-
ctam: In primo genere cognoscendo sicut forsitan eò
minùs ocii & temporis ponendum, quò minùs illud
utilitatis sibi habet annexum; ita ex contrario forsitan
non immeritò quis dixerit, postremo generi tantò
plus impendendum esse curæ & laboris, quantò diffi-
cilius illud percipitur, perceptumque postea quantò
crebrius ad usum accommodatur; monente ita Pau-
lo *in l. 25. ff. de liberat. legat.* & ipsà naturali ratione
conclamante. Jam verò hoc inter omnes consta-
re, neminemque qui vel limis saltem jurispruden-
tiam

tiam nostram aspexit oculis latere posse credo, inter alias materias, quæ cōmodè ad hoc tertiū gen⁹ referri possunt, non postremum tribuendum esse locum materiæ de Fidejussoribus; quippe quæ nō modò propter subtilitatem, ut ait *Valent. Franc. in tr. de fidejuss. in prolegom. n. 6.* plurimorum exercuit ingenium, defatigavit industriam, verùm etiam tantæ est utilitatis, ut propè judex nunquam se recipiat ad curiam, nullum peragatur judicium, ubi non primum omnium de jure fidejussorum instituatur quæstio, jus obligationis examinetur, mens atque sententia literarum per omnes utiq; syllabas in controversiam vocetur; idque vel maximè hoc nostro exulcerato & deperdito seculo, quo plurimi ne juratas sponsones seu promissiones servandas, sed vel cum *Lysandro Lacedæmonio*, nec non *Dionysio Tyranno* pueros astragalis, viros jurjurando decipiendos censent; ut nō immeritò *Plautinum* illud hūc accommodare nobis liceat:

Heus tu nostra atas non multum fidei gerit,

Tabule notantur, adsunt testes duodecim,

Tempus locumq; scribit actuarius,

Tamen invenitur Rhetor qui factum neget:

Operæ igitur precium & nos facturos esse existimo, si in præsentiarum materiæ hujus tractationi tanquam rei cognitu maximè necessariæ & ad communem vitæ utilitatem spectantis plusculum temporis impendamus, naturam ejus satis alioquin diffusam & perplexam, Theſibus quantum tenuitas ingenii & pagellarum permittet angustia, paucis includamus, inq; earum veritatem collatis aliorum opinionibus aliquantò diligentius inquiramus.

THE-

THESES PRIMA.



Peram alicui rei daturum ante omnia nosse oportet undè nomen ejus descendat, docente Ulpiano in *l. 1. ff. de f. & f.* Cujus moniti & nos memores, nostram de fidejussione disputationem à consideratione nominis, & primò unde illud descendat, inchoamus.

II. Descendit autem illud à fide & jussione; ita ut fidejubere nihil aliud sit quàm fide suâ jubere *l. 6. §. 1. ff. mandat.*

III. Fides autem ut alias significationes omittamus, hîc non accipitur pro pudore aliquo, qui præstare non cogit invitum id quod rogatus est, sicut in *§. 1. Inst. de fideicom. hered.* sed pro vinculo, quo necessitas rei promissæ solvendæ inducitur. *l. 67. ff. de procurat. l. 52. §. 2. ff. h. t. Everhard Speckhan. cent. 3. cl. 1. q. 32. n. 1.*

IV. Hinc fidejussores dicuntur fidem suam pro alio obligare, *l. 27. §. fin. ff. ad SC. Vellejan.* fidem suam pro alio astringere, *d. l. 67. ff. de procurat. & d. l. 52 §. 2. ff. h. t.* fidem suam alicui commodare. *l. pen. in fin. ff. si quid in fraud. Patron.* fidem pro aliquo dicere. *l. ult. §. 1. ff. mandat.* fidem interponere & fide suâ esse jubere. *l. 60. §. 1. ff. d. t. Speckhan. d. loco.*

V. Per jussionem hîc intelligimus non decretum, ut in *l. 5. C. de Judais.* Sed auctoritatem jubentis. *l. 1. C. si in caus. judic. pig. cap. l. fin. in pr. C. ad SC. Vellejan.* Her in *tr. de fidejuss. c. 2. n. 51.*

VI. Accipitur autem vocabulum Fidejussionis seu Fidejussoris, sunt enim conjugata, in jure nostro bifariam; modò in genere, seu significatione largâ, modò in specie seu significatione strictâ; non secùs ut vocabulum Adoptionis. *l. 1. ff. de adopt. Cognationis. l. 4 §. 2. de gradib. Depositi l. 1. §. 2. ff. depos. & similia.*

VII. In larga significatione sumtum denotat omnes, qui alienam obligationem in se suscipiunt. *l. 53. ff. de contr. empt. l. 30. §. 1. ff. de pact. l. 2. §. 1. ff. ad SC. Vell.* & reliquas omnes intercedentium species sub se comprehendit: veluti sunt: Mandatores, Constitutores & Expromissores; quo modo intelligendi sunt

Tituli in Institutionibus & Decretalibus, qui simpliciter saltem de fidejussoribus sunt inscripti. *Val. Franc. in tr. de fidejuss. c. 1. n. 3.*

IIX. Strictè sumtum à cœteris alienæ obligationi accedentibus rursus differt: Et quidem à mandatore in eo, quòd mandatum semper præcedat obligationem, nunquam sequatur *l. 12. §. 14 ff. mandat. Diss. Godd. de contr. stip. c. 5. n. 21.* Fidejussor & præcedere & sequi obligationem possit. *l. 6. in pr. l. 7. & l. 8 §. 3. ff. b. r.* Deinde fidejussio contrahitur stipulatione & sic verbis tantum. *l. 5 §. 2. de V. O. & l. 12. C. de fidejuss.* atq; in ea requiritur, ut fidejussor semper sit præsens. *l. 1. ff. de V. O.* Mandatum verò ex solo consensu *l. 1. in princ. & §. 1 ff. mandat.* etiam inter absentes rectè consistit. *l. 32. in med. ff. mandat. Fr. d. c. 1. n. 16.* Quæ posterior tamen differentia hodie stipulationum & pactorum jure confuso amplius non attenditur. *Bach. ad Tr. vol. 2. disp. 28. t. b. 1. lit. b. pag. 892.* ubi etiam aliam adhuc differentiam tradit.

IX. A Constitutore differt in eo, quòd hic possit aliud constituere quàm quod debetur. *l. 1. §. 5. ff. de constit. pecun.* Fidejussor verò in aliam rem quam quæ concredita est, nullo modo potest obligari. *l. 42. ff. b. r.* Deinde Constitutor obligatur ex nudo pacto. *d. l. 1. in princ.* Fidejussor verò non nisi interveniente stipulatione *d. l. 5. §. 2. ff. de V. O. Franc. d. c. 1. n. 27.* ubi etiam alias differentias tradit.

X. Ab Expromissore differt in eo, quòd ille obligetur solus, *l. 37. §. fin. ff. de oper. libert.* fidejussor verò cum principali simul. *d. l. 37. in fin.* illum qui dedit liberatur, hunc verò qui dat obligatus manet. *l. 53. ff. de contrah. empt. Vult. ad princ. Inst. de fidejuss. n. 5. Franc. d. c. 1. n. 34.*

XI. Nos misà significatione generali retinebimus specialem tanquam propriam & proposito nostro magis convenientem: quâ in significatione non semper uno & eodem nomine in jure nostro effertur, sed nonnunquam etiam alias appellationes sortitur; ut sunt Intercessio. *l. 24. C. b. r.* Interventio. *l. 7. §. 3. ff. de minor.* Accessio. *l. 3. in pr. l. 34. ff. b. r.* Sequela. *l. 93. §. 2. ff. de solut.* & similes, de quib. *Her. d. tr. c. 3. n. 27. & seqq.* & Fidejussores aliquando ad promissores. *l. 5 §. 2. de V. O. Vades. l. 4. §. 1. C. de castrens. & min. Prædes. l. 6 §. 7. commun. divid. Intercessores. l. 23. de hered. & action. vendit. Interventores. l. 7. §. ult. de obseq. par. & parr.*

*Et patr. præst. item Autores secundi appellantur. l. 4. ff. de Evict.
Her. d. loco.*

XII. Post considerationem nominis ulterius nunc progredimur ad considerationem rei, quam à Definitione exordimur: Antequam autem ad eam accedamus, lubet præmittere quaestionem illam vulgarem nec tamen perinde expeditam: An utilis sit Reip. fideiussiones in ea tolerare, an verò illas sublatas ad Sauromatas & Indos relegare? Illud sicut affirmandum, ita hoc negandum censemus: propterea quòd hac sublata omnem quoque continuò commerciorum usum tolli necesse esset, utpote sine quibus fideiussio haud diu consistere posset. *l. 24. §. 1. ff. de minor.* Quam tamen assertionem ad repentinas inconsultas atque effusas fideiussiones neutiquam putamus extendendam: *Eberhard. Speckhan. cent. 3. cl. 1. q. 34.*

XIII. Multò magis illorum errorem detestamur, qui actum fideiussionis illicitum, noxium & Christiano homine indignum pronunciant; *cum Heringio d. tr. c. 1. n. 1. Et seqq. Harprechtio ad pr. Inst. de fideiuss. n. 10. Contra Conradum Pelicanum Theologum Tigurinum ad proverb. Salom. c. 6.*

XIV. In tantum ut licet quis juraverit se pro nemine fideiubere velle, si tamen postea ab amico egente rogatus fidem suam interponat, licet nullà præcedente absolute, eum sine perjurii nota firmiter obligari putemus. *c. si diligenti. 12. in fin. x. de for. compet. Her. Et Harpr. dd. locis.*

XV. Item licet parens per ultimam dispositionem respectu habito ad rationabilem aliquam prohibitionis causam filiis inhibere possit, ne fideiussionibus se implicent, daß sie / *ut inquit Hering. zu desto besserer Conservation vnd Erhaltung ihres ehrlichen vnd wol hergebrachten Siandes vnd Stammes die altväterlichen Güter nicht mit Bürgschafft beschwehren / noch durch einige andere Wege in frembde Hände kommen lassen sollen /* quòd tamen hæc prohibitio ad fideiussionem in casu necessitatis factam minimè sit extendenda. *arg. l. 11. §. 2. ff. de mun. Et honor. Her. d. c. 1. n. 105.*

XVI. Quibus ita præmissis ipsam Definitionem aggredimur, quam varii variè proposuerunt: Nos aliis alias relinquentes talem hoc loco constituemus: Fideiussio est sponsio quâ unus vel plures interveniente stipulatione se ad idem cum principali

cipali citra novationem astringunt majoris securitatis gratia. Hujus definitionis declarationem postquam de Divisione ejusdem paucis actum erit, statim subjungemus.

XVII. In concinnandâ fidejussionis Divisione itidem Dd. varii fuerunt, de quibus *Her. c. 4. per tot.* Nos quamvis cum eodem *Heringio d. c. 4. n. 14.* perfectam aliquam Divisionem in hac materia vix tradi posse existimemus, melioris tamen doctrinæ gratia fidejussionem aliam civilem, aliam criminalem constitui posse non negamus.

XVIII. Criminalis est, quæ in causis criminalibus contrahitur. *l. 8. §. 5. ff. h. t. & saltem in judicio fieri assolet. l. 1. 2. 3. & 4. ff. de custod. & exhib. reor.*

XIX. Civilis est, quæ in causis civilibus contrahitur. *l. 16. §. 3. ff. h. t. & est vel Judicialis vel Extrajudicialis:*

XX. Judicialis aliàs satisfactio dicta est, quando in judicio ita cavetur adversario, ut eum sive causa civilis sive criminalis in lite sit securum faciamus datis idoneis fidejussoribus. *Franc. d. c. 1. n. 36.* agiturq; potissimum in illa, vel de judicio sistendo, vel de judicatum solvendo, id quod ad reum, vel de re defendenda & judicio ad finem persequendo, id quod ad actoris partes pertinet. *Bachov. ad Tr. vol. 1. d. 5. th. 6. lit. e. & is qui hanc in se suscipit, nonnunquam alio nomine fidejussor de Exercendâ lite appellatur. l. 1. C. ad SC. Turpil. Her. d. c. 4. n. 63.*

XXI. Hæc quæ fit extra judicium usitata est in contractibus, proq; diversitate causarum vel negociorum varia constitui potest. Et de hac posteriori præcipuè in sequentibus.

XXII. Divisione fidejussionis ita positâ ad Definitionis explanationem retrogredimur: Et primò de Genere: Genus fidejussionis est vel remotum vel propinquum; Remotum est contractus. *l. 1. §. ult. ff. de pact. l. 83. in pr. ff. de V. O.* Non verò bonæ fidei, sed stricti juris. *l. 54. l. 68. ff. h. t. Franc. c. 4. n. 69. Hillig. ad Donnell. lib. 15. c. 48. lit. c. in fin.*

XXIII. Propinqui generis vicem sustinet vocabulum Sponsio, quod omnè promissionem & sic etiam fidejussionem sub se comprehendit. *l. 7. ff. de V. S. ibiq; Godd. n. 19. & in tract. de contr. & committ. stip. c. 5. n. 31. Bachov. ad Tr. d. d. 28. th. 1. lit. a. Diss. Franc. c. 1. n. 22. Myns. ad Rubr. Inst. de fidejuss. n. 5. Schneidw. n. 7. & 8. Inst. eod.*

XXIV. Ge-

XXIV. Genere Definitionis expedito progredimur ad ejus
subjectum; quippe sine quo fidejussio cum sit accidens subsistere
nullo modo potest: Subjectum autem fidejussionis sunt perso-
nae contrahentes, quarum tres in hoc fidejussionis negotio con-
siderantur; Qui dant, Qui accipiunt, & Qui dantur

XXV. Dare solent fidejussores, Debitores principales. *l. 1. ff. qui satisdar. cog.* Idq; vel ex dispositione legis; veluti Usufructua-
rii. *t. t. ff. de usufr. ear. rer.* Tutores & Curatores. *t. t. ff. Rem. pupil. salv. for.* Heredes. *t. t. ff. ut legator. nom. cav.* Accusatores; qui ob-
soleta inscriptionis solennitate, qua olim vinciebantur, dum
in poenam reciproci trepidante stylo recavere cogebantur. *l. pen. C. de accusat.* hodie fidejussionem praestare coguntur de ac-
cusatione usq; ad finem prosequenda, nec non de solvendis in
casu succumbentiae expensis: *Constitut. poenal. Caroli V art. 12. & 13. Auctor differ. jur. civ. & Saxon. lib. 2. differ. 39. p. 5. late Her. c. 5. n. 243. & seqq.* ubi plures personas recenset.

XXVI. Vel ex lege conventionis: veluti Debitores qui cre-
ditoribus aliter contrahere nolentibus fidejussores dare promi-
serunt. *l. 1. §. 1. in fin ff. ut in possess. legat. Her. d. c. 5. n. 2.*

XXVII. Unde tamen non nisi perperam quis concluderit,
eum qui fidejussores praestat, eo ipso statim se debitorem esse
profiteri. *l. 20. §. 4. C. de agric. & censit. Her. d. c. 5. n. 158.*

XXVIII. Accipere solent fidejussores, Creditores, quibus reus
principalis est obligatus. *l. 1 ff. de reb. cred. t. t. ff. & C. de fidejuss.*
Horum gratia totus hic actus potissimum instituitur. *Ulpian. in l. 9. §. 3. ff. de pignorat. act.* Sicut enim venditor praescribit legem
contractui emptionis & venditionis, quam emptor, si contra-
ctum impleri velit, praecise sequi cogitur. *l. 21. ff. de contrah. empt.*
ita & legem debitori dicit creditor, ab eoq; fidejussores in secu-
ritatem contractus deposcit. *Her. d. c. 5. n. 3.* Hinc satis accipere
creditor, satisfacere debitor recte dicitur. *Godd. de contr. stip. c. 5. n. 13. & 14.*

XXIX. De hisce duabus personis Dantibus nempe & Acci-
pientibus haec teneatur regula: Qui aliis & quibus alii debere
possunt, illi etiam possunt fidejussores dare & accipere. *l. 1. & l. 26. ff. de reb. cred. Her. c. 6. n. 54.*

XXX. Ipsos qui dantur fidejussores paucis quoq; nunc vi-
dea-

B

dea-

deamus: Primò autem plures ab uno & eodem debitore in una & eadem causa dari posse non ambigitur. *t. t. ff. de fidejuss. imò non rarò plures necessariò requiri, præsertim in criminalibus ex l. 1. l. 3. ff. de custod. & exhibit. reor. l. 6. §. 1. ff. de muner. & honor. non obscurè evincitur. Her. c. 9. per tot.*

XXXI. Quia verò non omnes qui debere vel quibus deberi potest sicut fidejussores dare vel accipere, ita quoq; ipsi statim fidejussores constitui possunt, sed cum multæ personæ reperiantur, quæ tanquam inidoneæ & inhabiles vel propter ætatem, vel sexum, vel ordinem, vel paupertatem, vel alias causas ab hoc fidejussionis negotio removentur, ideò breviter harum personarum enumerationem instituire necessarium ducimus: sic enim cognitis illis qui tanquam inhabiles ab hoc fidejussionis negotio repelluntur, facile etiam ex natura contrariorum cognoscetur, qui tanquam habiles ad id admittuntur. *arg. ex princ. Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur. ex §. 28. Inst. de action. ducto. Speckban. cent. 3. cl. 1. q. 33. n. 4.*

XXXII. Repelluntur igitur à fidejussione, ut paulò altiùs rem repetamus, aliæ personæ Naturâ, aliæ Lege: Naturâ aliæ ob vicium animi, alii ob vicium corporis.

XXXIII. Ob vicium animi nempe intellectus judicii seu voluntatis defectum repelluntur. 1. Infantes. *l. 1. ff. de V. O. l. 26. C. de donat. Franc. c. 2. n. 3.*

XXXIV. Secundò, Furiosi. *l. 1. §. 12. ff. de O. & A. l. 70. §. 4. ff. h. t. horum enim adeò nulla voluntas est. l. 40. de R. J. ut ne tutore autore quidem negotium aliquod contrahere possint. l. 5. d. t. Furiosis quoq; annumerantur mente capti, amentes & fatui. arg. l. 12 l. 2. ff. de curat. furios. l. 21. ff. de auctor. jud. possid. Franc. c. 2. n. 13. & seqq. Speckban. d. q. n. 4. notab. 12.*

XXXV. Eum tamen furiosum, qui habet intervalla, sicut tempore intermissi furoris quoslibet contractus celebrare, ita etiam fidejubere posse manifestum est. *l. 2. C. de contrab. emp. Franc. d. c. 2. n. 9.*

XXXVI. Tertiò, Ebrii: qui usq; ad alienationem mentis pœculis se obruerunt, quiq; ad ambas usq; aures impleti duos soles sibi videre videntur: hi enim nesciunt quid loquantur, *c. sane 7. caus. 15. q. 1. & proinde furiosis comparantur. c. venter. 5. dist. 35. Franc.*

Franc. d. c. 2. n. 33 & seqq. Her. d. c. 7. n. 120. Godd. de contrah. stip. c. 7. n. 166. Zanger. de Except. p. 3 c. 11. n. 34. Quod tamen in eo, qui levi- ter & modicè ebrius est, non admittitur. Franc. d. c. 2. n. 44. Her. d. c. 7. n. 132. qui quid in hac modica ebrietate statuendum sit, Ju- dicis arbitrio committit.

XXXVII. Et deniq; quartò Prodigii. *l. 6. ff. de V. O. d. l. 40. de R. J. Quod tamen saltem in eo prodigo obtinere putamus, cui per decretum Judicis bonorum administratio adempta est. l. 10. ff. de curat. furios. l. 18. qui testam. fac. poss. Franc. d. c. 2. n. 53. Godd. d. c. 7. n. 134. & seqq. Diss. Fachin 2. contr. 63.*

XXXIIX. Ob vitium corporis impediuntur Muti & Surdi. *l. 1. §. 14. & 15. ff. de O. & A. l. 1. de V. O. sive utroq; simul sive alter- utro tantùm laborent vitio. d. l. 1. §. 15. in fin. ff. de V. O. Franc. d. c. 7. n. 17. & seqq. Her. d. c. 7. n. 141. & seqq. Hodiè tamen cum jus sti- pulationum & pactorum in foro quoad effectum ferè confusum sit, mutum & surdum si legere & scribere possit, atq; ita animum suum declarare, rectè quoq; eum fidejubere posse dicimus. cum eodem Franc. n. 26 & 27. Her. d. c. 7. n. 149. & seqq. Speckhan, d. q. n. 6. notab. 2.*

XXXIX. Lege prohibentur alii ratione suæ personæ, alii ra- tione accidentium: Ratione suæ personæ prohibentur primò Pupilli. *l. 43. ff. de O. & A. l. 1. C. de inutil. stip. nisi tutoris autoritas intervenerit. dd. ll. quib. addatur. l. 5. & l. 9. ff. de author. & consens. tut. ubi tamen illis, si rerum suarum detrimentum inde capere deprehensi fuerint, restitutionis beneficio succurritur. l. 7. §. 3. ff. de Minor. l. 48. §. 1. ff. h. t. Latè Val. Fr. d. tr. c. 2. à num. 61. usq; ad num. 105. Her. c. 7. n. 70. & seqq.*

XL. Secundò, Minores curatorem habentes. *l. 3. C. de restit. in integr. qui eo ipso à cæteris curatorem non habentibus diffe- runt, quod hi sicut alios contractus celebrare, ita etiam fideju- bendo se obligare rectè possint, illi verò nõ nisi curatoris aucto- ritate interveniente; licet læsis utrinq; per in integram restitu- tionem succuratur. d. l. 3. C. de in integ. restit. Godd. ad l. 21. de V. S. n. 6. & seqq. & in tr. de contr. stip. c. 7. n. 263. Her. d. c. 7. n. 86. Diss. Franc. d. c. 2. n. 122. & seqq. Bronch. cent. 2. ass. 33.*

XLI. Tertiò Mulieres: *l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 2. de R. J. & l. 1. ff. & C. ad SC. Vellejan. SCto namq; Vellejano eis ademptũ*

fuit hoc officium. *l. 1. §. 1. ff. d. t.* tùm quod ejusmodi sexus multis captionum generibus sit obnoxius. *l. 2. §. 2. ff. ad SC. Vellejan. & sæpè contra propria commoda laborare inveniatur. l. 4 in fin. C. de sponsal.* tùm quòd eum virilib. fungiofficiis & ejus generis obligationibus obstringi exemplo sit grave. *d. l. 2 §. 1. ff. d. t. Herd. c. 7. n. 389. & seqq. Franc. d. c. 2. n. 147. & seqq.* qui aliquot ampliacionibus & limitationibus positionem hanc declarant.

XLII. Nos hìc saltem unicam illam movebimus quæstionē: Num mulier regulariter huic SCto Vellejano renunciare possit? quod negam⁹: tùm per rationes, tùm per leges paulò antè allatas. *Franc. d. c. 2. n. 189. Ampli. & Consult. Dn. Arumæus Præceptor meus honorandus disp. Inst. 19. th. 8. lit. b. Zanger. de Except. p. 3. c. 9. n. 47. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 25. th. 4. Berlich p. 2. concl. 19. n. 16. & seqq. Diss. Her. d. c. 7. n. 466. & seqq. Bronch. cent. 2. ass. 40. qui plures allegant.* Horum opinioni suffragatur *Constit. Elect. 16. p. 2.* ubi tamen ut renunciatio efficax sit, quatuor ad eam requiruntur: 1. ut fiat à muliere natu majori, 2. ut fiat auctoritate curatoris sigillatim ad hanc rem dati, 3. ut fiat in judicio, 4. ut fiat in iis rebus, quæ extra causam dotis, donationis propter nuptias & dotalitii sunt constitutæ.

XLIII. Tertio, Milites: *per text. elegantem in l. 31. C. de locat. & conduct.* ne scil. omisso armorum usu privatis se implicent negociis, neve militaris cinguli præsumptione aliis molesti sint & graves. *d. l. 31. C. d. t.*

XLIV. Quod privilegium nostri temporis militibus qui in expeditione justì belli degunt sicut eodem modo concedendū, ita vicissim illis qui sunt milites saltem ad prædam, non ad justitiam, latrones, grassatores, agrorum depopulatores meritò denegandum putamus. *Franc. d. c. 2. n. 217. Her. d. c. 7. n. 161.*

XLV. Sed nec eodem privilegio gaudebunt milites togati, ut puta causarum Patroni, Scholarum Professores, nec JCI alii: propterea quòd in iis ratio ante designata locum non inveniatur. *Speckhan. d. q. 33. n. 7. notab. 10.*

XLVI. Quarto hìc pertinent Monachi. *c. 1. X. de fidejuss.* quia ingressus monasterii dominio & administratione rerum illos privat. *Auth. ingressus. C. de SS. Eccl. Franc. d. c. 2. n. 223.* Quod tamen patitur limitationem in eo, cui administratio monasterii est:

est demandata; hunc enim in iis quæ ad administrationem per-
tinent, rectè obligari putamus. *cum eodem Franco d. loco.*

XLVII. Quintò, hùc referuntur Clerici. *d. c. 1. extr. de fidejuss.*
ideò videl. ne per hanc occasionem divino ministerio cui sunt
consecrati, & sanctis domibus damnum fiat, sacraq; ministeria
impediantur. *Novell. 123. c. 6. in pr. Speckhan. d. q. 33. n. 7. notab. 12.*
Quod tamen similiter limitationem recipit tunc, si pro utilitate
& necessitate Ecclesiæ suæ fidem obstringant. *d. Nov. 123. c. 6. in pr.*
Speckhan. d. loco.

XLVIII. Sed de eo dubitatur, an obligatio tunc sit efficax si
contra personas eorum nihil fuerit exceptum. Negamus *cum*
Her. d. c. 7. n. 249. Bachov. ad Tr. d. d. 28. th. 2. lit. E. quamvis contra-
rium velint. *Franc. d. c. 2. n. 234. Godd. d. c. 7. n. 306. Speckhan. d. loco.*

XLIX. Hodiè tamen nostris temporibus aliud observatur
tum in Archiepiscopis, Episcopis, Præpositis, Decanis, Commē-
datoribus, Canonicis, item Militibus cruciferis; quod horum
longè alia quàm veterum Clericorum sit conditio; tum etiam
in Parochis & Sacerdotibus nostris; quod neq; his secularibus
negociis quoad honesta commercia sit interdictum. *Her. d. c. 7.*
n. 265. & seqq. Speckhan. d. loco.

L. Sextò prædictis personis annumerantur servi. *l. 19. & seq.*
ff. h. t. quia in personam servilem nulla obligatio cadit. *l. 2. l. 32. ff.*
de R. J. neq; domini ex hac servorum intercessione obligantur.
l. 47. §. 1. ff. de pecul. nisi hoc fiat sciente seu mandante domino.
l. 12. §. 4. ff. mandat. vel ignorante quidem domino tamen in rem
domini. *d. l. 47. ff. de pecul.* vel si non in rem domini, saltem si in
rem peculiarem. *d. l. 47. ff. de pecul. d. l. 19. ff. h. t.* tunc enim non
solum ipsi servi obligantur, sed & dominum ejus peculiotenùs
obligatum relinquunt. *d. l. 19. ff. h. t. Speckh. d. n. 7. notab. 4. Her. d.*
c. 7. n. 292. Nostrorum verò servorum seu famulorum cum lon-
gè alia sit ratio & conditio, quàm veterum illorum, utpotè Ger-
maniâ nostrâ veram crudelemq; illam gentium & Romanorū
servitutum jam Dei gratiâ ignorante, non idem quoq; in iis jus
erit statuendum, quin potius illis id quod aliis liberis hominib.
competit, eodem modo erit concedendum. *Godd. d. tr. c. 7. n. 76.*

LI. Ratione accidentium non tam prohibentur quàm im-
probantur. Primò, alii propter restitutionis beneficium, veluti

Pupilli, qui cū consensu tutorum, item minores, qui curatorem habentes, similiter cum eorum consensu, vel curatorem non habentes simpliciter pro alio interveniunt: utcunq; enim horū obligatio jure subsistat, læsio tamen probata locum restitutioni & ita inutilem creditori fidejussionem facit. *l. 7. §. 3. ff. de min. l. 3. C. de in integr. restit.* ideoq; creditor eos accipere non tenetur. *l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 3. ff. b. t. Treutl. d. d. 28. th. 2. ibid. Bach. in pr. lit. e.*

LII. Secundò, Alii propter conveniendi difficultatem. *l. 2. ff. qui satisd. cog.* Veluti, si fidejubens gaudeat privilegio fori, neq; ei specialiter renunciaverit. *l. 7. in pr. ff. d. t. l. 1. ff. si quis in jus vocat. non iur. Her. c. 14. n. 5. & seqq.* Licet immobilia in domicilio creditoris possideat. *Treutl. d. d. th. 2. ibid. Bachov. lit. e. pag. (mibi) 904.* Vel si homo rixosus, perditus, vel aliàs notæ nequitix. *arg. l. 2. ff. de alienat. judic. mutand. caus. fact. Her. c. 8. n. 125.* vel sit potens & impetuosus, vel in castro aliquo munitissimo degat. *arg. l. 2. qui satisd. cog. Her. d. c. 8. n. 129. & seqq. Franc. c. 4. n. 40. & seqq. ubi plures recenset.*

LIII. Tertiò, Alii propter facultatum tenuitatem. *d. l. 2. qui satisd. cog.* Is enim demum est idoneus qui est locuples & solvendo. *l. 27. §. 3. ff. de minor.* Locupletem autem fidejussorem, Dd. communiter eum asserunt, qui pro cautione Creditoris sufficientia bona immobilia, vel etiam mobilia, quæ tamen facile auferri non possunt, possidet. *Her. d. c. 8. n. 54.*

LIV. Quod si tamen hujusmodi fidejussores, qui non tam ratione perlonge, quàm ratione accidentiū recusari in initio poterāt, à creditorib⁹ semel recepti sint, approbati intelliguntur. *l. 3. in fin. ff. b. t.* Facilitati enim suæ expensum ferre debet creditor, qui cū sciret esse minus idoneos fidejussores, nihilominus eos admisit. *l. 3. in fin. ff. ut in possess. legator.*

LV. In tantum, ut neq; ignorantia eum se tueri posse existimemus, cū quilibet gnarus debeat esse conditionis ejus cum quo contrahit. *l. 19. de R. J. & paria reputentur scire & scire debere. l. 5. in fin. ff. si cert. pet. Treutl. d. d. th. 2. ibid. Bachov. lit. F.* Dissentire videtur. *Franc. d. c. 4. n. 158.*

LVI. Quod si verò fidejussor à creditore acceptus eo tempore quo datur & accipitur, idoneus quidem sit, postea verò forsitan inopinato fortunæ impetu idoneus esse desinat, debitorem ad
alium

aliud idoneum substituendum teneri æquum esse putamus.
l. 4. de prator. stip. l. 20. §. 4. de oper. nov. nunciat. l. 4. ut in possess. legator. Franc. d. c. 4. n. 163.

LVII. Idq; tam in casu ubi ex lege conventionis, quàm ubi ex dispositione legis fidejussio fuit præstanda. *dd. ll. quibus addatur l. 10. §. 1. ff. qui satisd. cog.* qui textus ad eò generaliter loquuntur, neq; faciunt discrimen, utrum ex conventione contrahentium, an verò ex legis dispositione vel prætoris edicto fidejussores dati sint, sed in eo duntaxat distinguunt, utrum fidejussor ab initio fidejussionis constitutæ fuerit non solvendo, an verò postea bonis fuerit lapsus *Franc. d. c. 4. n. 165. Bacbov. contr. Treutl. d. lit. F. ibi quid si ex postfacto.* Dissentit quoad primum membrum *Treutl. d. loco. Gomez. var. resol. c. 13. n. 7.*

LIX. Prioribus illud quoq; adjicimus, quod fidejussor respectu facultatum in dubio idoneus non præsumatur: Cùm idoneitas illa sit qualitas extrinseca, & propterea à creditore petente à debitore probanda. *l. 5. §. 1. qui satisd. cog. Coler. de process. execut. p. 1. c. 6. in fin. Franc. d. c. 4. n. 4. Diss. Speckban. d. q. n. 4. notab. 12.* cui sententia ex Sailerò adducta parum opitulatur, utpotè quæ in aliis loquatur terminis.

LIX. Quod si partes in constituenda fidejussoris persona concordare nequeant, olim arbiter ad fidejussores probandos eorumq; vires excutiendas per judicem dari solebat. *l. 10. ff. qui satisd. cog.* hodiè etiam ipse judex ex officio fidejussores pro idoneis acceptare, & reo injungere potest, ut obligationem sufficientem in authentica forma producat: quemadmodum id adductis aliquot ex Barthio sententiis probat. *Her. d. c. 8. n. 36.*

LX. Quà in re tamen eum cautum & diligentem esse oportet; ne si perfunctoriè in approbatione eorum versatus fuerit, postea ubi minus idoneos eum accepisse constiterit, parti in subsidium ad interesse teneatur. *l. fin. C. de magistr. conven. Her. d. c. 8. n. 26. & seqq.* ubi pro cautela addit, judicem vel arbitratorem hoc periculum ita effugere posse, si fidejussori, cujus idoneitatem non satis evidenter perspectam habet, adfirmatorem, qui eum idoneum esse testificetur, dari procuret. Sic enim fidejussore non existente solvendo approbator tenebitur. *l. 4. in fin. ff. de fidejuss. & nomin. & hered. tut.*

LXI. Fi-

LXI. Fidejussionis objecto ita exposito, ordine nunc expositionem causarum aggredimur, & primò causam efficientem.

LXII. Causa efficiens fidejussionis est vel remota vel propinqua: Remota est jus Gentium, quo commerciorum usus qui sine fidejussione haud diu consistere potuit. *arg. l. 24. §. 1. ff. de minor. adinventus est*, quo itidem omnes ferè obligationes sunt introductæ. *l. 5. ff. de J. & J. §. 2. in fin. Inst. de J. N. G. & Civili.*

LXIII. Quod quidem quantum ad originem hujus contractus, quam anno mundi 2240. *ex Genes. c. 43. v. 91.* secundum receptam annorum supputationem jam cepisse probat *Her. c. 1. n. 48.* sicut constanter asseveramus, ita quantum ad formam, eam juri civili accepto ferendam censemus. *l. 5. §. 2. ff. de V. O.*

LXIV. Propinqua est vel Impulsiva vel principalis: Impulsiva est voluntas ejus, qui fidejussores dare cogitur.

LXV. Voluntas autem illa rursus est vel Vera vel Præsumta: Vera dicitur vel ex rogatione debitoris præcedente. *l. 33. ff. mandat. l. 16. §. 1. ff. ad SC. Vellejan.* vel ex ratihabitione, quæ mandato comparatur, subsequente. *c. ratihabitionem. 10. de R. J. in sexto. l. 44. §. 1. ff. de Usucap. vel ex præsentia & patientia ejusdem interveniente. l. 6. §. 2. l. 53. ff. mandat. l. 6. C. eod.*

LXVI. Præsumta dicitur, quando quis pro absente vel ignorante fidem suam adstringit animo negotium illius gerendi *l. 20. §. 1. ff. mandat. l. 30. ff. b. t.* qui etsi mandatum debitoris & sic expressam ejus voluntatem pro se non habeat, non tamen propterea contra voluntatem ejus intervenisse erit dicendus: cum præsumptio non sit debitorem hunc actum fidejussoris spontaneâ opitulatione subvenientis fore improbatum. *Godd. de contr. stip. c. 5. n. 28. & seqq. ubi Schneidwinum & Mynsingerum* sponsores per hoc ipsum à fidejussorib⁹ differre itatuentes satis sufficienter refellit.

LXVII. Causa efficiens Principalis fidejussionis est voluntas personarum habilium, tam creditoris quam fidejussoris, idoneis verbis explicata. *l. 3. §. 2. ff. de O. & A. l. 3. in pr. ff. b. t. l. 6. ff. qui satisd. cog. Wes. in par. ff. b. t. n. 3.*

LXIX. Tacitam ergò seu præsumtam voluntatem, uti supra in causa impulsiva, hîc nullam agnoscimus: adeò ut si quis præsens & non ignarus negotii audiat se à debitore fidejussorem in aliquo

aliquo actu nominari, inde tamen fidejussor non constituatur,
nisi & ipse expressim consentiat. *l. 1. §. 2. ff. de V. O. Her. c. 7. n. 32.*
Tantum de causa Efficiente, Nunc de Materia.

LXIX. Materia circa quam versatur fidejussio, sunt omnes
omnino obligationes ex quibuscunq; contractibus ortæ. *l. 1. l. 8.*
§. 1. ff. h. t. §. 1. Inst. eod.

LXX. Nihil itaq; interest: Sive obligatio sit Naturalis & Ci-
vilis simul, de quo nullum potest esse dubium, *t. t. ff. & C. de fide-
juss. Sive sit Civilis tantum, sive tantum Naturalis: l. 16. §. 3. ff. h. t.*
d. §. 1. Inst. eod. modò utraq; talis sit, quæ aut actionem producere
aut soluti repetitionem impedire possit, l. 7. l. 8. §. 3. ff. h. t. Wes. in
par. ff. eod. n. 4. Franc. c. 3. n. 11. & seqq. Bronch. cent. 4. ass. 55. Bachov.
ad Tr. d. d. th. 4. lit. b. & c.

LXXI. In tantum ut fidejussor naturali accedens obligationi,
obligetur non solum naturaliter, verum etiam civiliter; & qui-
dem ita ut à creditore exactus ne regressum etiam habeat contra
debitorem principalem ad recuperandum id quod fidejussorio
nomine pro eo exolvit. *l. 25. ff. h. t. Franc. d. c. 3. n. 3. & seqq. Her. c. 5.*
n. 335. Bachov. d. loco.

LXXII. Sive sit principalis sive accessoria. *d. l. 8. §. fin. ff. h. t. pu-
ta quando fidejussoris fidejussor accipitur: Germanicè ein Rück-
bürge, qui à fidejussore indemnitas Germanicè einem Scha-
delosbürgen distinguitur, ut patet ex Her. c. 4. n. 62. Godd. in l. 150.*
de V. S. Bachov. d. d. th. 4. lit. D. E. & F. licet eos malè confundant
Franc. d. c. 3. n. 197. Treutl. d. th. 4. lit. e.

LXXIII. Sive sit legibus instituta, sive à Prætoře introducta.
d. l. 8. §. 2. ff. h. t. t. ff. de constit. pecun.

LXXIV. Sive sit præsens, sive præterita, sive futura. *l. 6. in fin.*
l. 55. ff. h. t. Ut cunq; enim futura pendeant, & sint incerta, futuræ
*tamen ut spei ac obligationis. l. 35. ff. de judic. ita & actionis fide-
jussor dari & accipi rectè potest. l. 50. in fin. princip. ff. de pecul.*
Her. c. 10. n. 78. Bach. ad Tr. d. d. th. 1. lit. b.

LXXV. Sive sit pura, sive conditionalis, sive in diem con-
cepta: *l. 47 §. 1. ff. h. t. ubi tamen advertendum, ne tunc quando*
principali obligationi vel dies vel conditio adjecta est fidejussor
purè & sic in duriolem causam accipiatur: l. 8. §. 7. ff. h. t. de
quibus infra th. 98. & seqq. pluribus dicetur,

C

LXXVI.

LXXVI. Accedit etiam fidejussor obligationibus tunc dandi tunc faciendi: *l. 44. ff. b. t.* quod tamen non ita erit intelligendum quasi fidejussor reum principalem aliquid daturum facturumve promittat, talis enim stipulatio inutilis est *l. 38. ff. de V. O.* sed ut se daturum facturumve aliquid pro reo, qui promissis non satisfacit, polliceatur. *l. 65. ff. b. t. Fr. d. c. 3. n. 190.*

LXXVII. Deniq; etiã accedit fidejussor obligationib⁹ ad pœnam ex maleficio vel quasi descendentibus: Et hoc minus habet dubii, si propter delictum Civilis actio instituatur. *l. 8 §. 5 ff. b. t. Godd. de contr. stip. c. 6. n. 392.* Sin autem criminalis instituatur actio, distinctione res erit temperanda.

LXXVIII. Aut enim delictum meretur saltem pœnam pecuniariam, & idem est dicendum quod in casu priori. *l. 6 §. 1. ff. de muner. & hon. l. 4. de custod. & exhib. reor.* Quia tunc fidejussio non impedit, sed promovet delicti pœnã q; executionẽ, cum non interfit actoris sive fisci quis pœnam solvat, ipse reus vel fidejussor. *l. 70. §. fin. ff. b. t. l. 23 ff. de solut. Godd. d. c. 6. n. 404. cum seqq. Franc. d. c. 3. n. 248. Her. c. 10. n. 395. cum seqq. Dn. Arum. disp. Pandect. 23. th. 1. & disp. Inst 13. th. 13. Speckhan cent. 3. cl. 2. q. 15. n. 3.*

LXXIX. Idq; indistinctè obtinere putamus, sive in flagranti delicto reus deprehensus, sive judicialiter illud confess⁹ sive alio modo de eo convictus, sive tantum de illo suspect⁹ esset: propterea quod rationes quæ in superiori casu obtinuerunt, æquè etiã in hoc casu locum sibi vendicent, *Gæd. d. c. 6. n. 408. Dn. Arum. d. loco. Dissentit Franc. d. c. 3. n. 266. Aliter dissentit Her. d. c. 10. n. 396. & cum eo Speckhan. d. q. 15. n. 3. notab. 6.*

LXXX. Aut delictum meretur pœnam corporalem sive afflictivam sive extinctivam; Et tunc reum non esse fidejussoribus committendum, etiam si mille vellet dare fidejussores communi Dd. suffragio statuimus. *l. 3 ff. de custod. & exhib. reor.* Peccata enim suos teneant autores *l. 22. C. b. t.* & pœnas ob maleficia solvi magna suadet ratio. *l. 70. §. 5. ff. b. t. Franc. d. c. 3. n. 201. Her. d. c. 10. n. 408. Godd. d. c. 6. n. 412. Speckhan. d. q. 15. n. 4. Bachov. d. d. th. 3. lit. a.*

LXXXI. Quod tamen ita declaramus, ut præcipuè tunc locum habeat, si vel ex confessione rei vel ex aliis indiciis certò de facinore rei constet. *l. 5 de custod. & exhibit. reor.* Cum enim tunc in
cum

eum nullæ alię sint judicis partes quàm ut condemnet, utiq; frustra pro eo fidejussor intervenit, & frustra pœnę executio differatur ejus quem satis jam constat pœnæ à lege vel statuto delicto indictæ debitorem esse *Speckhan. d. q. n. 4. notab. 8.*

LXXXII. Verùm si saltem sit suspectus reus nec urgentissimæ præsumptiones adversus eum sint in promptu, ne tunc quidem fidejussores de judicato solvendo admittendos censemus: cùm ad pœnam corporalem, qua rei si nocentes deprehendantur, sunt afficiendi, nullo modo se obligare possint, quippe cùm nec vitæ nec ullius membri dominium habeant. *l. 13. in princ. ff. ad L. Aqu. Sed num fidejussores de judicio sistendo hoc in casu recipi possint, arbitrio judicis dijudicandum recte relinqui existimamus. l. 1. & l. 2. ff. de custod. & exhib. reor. Gæd. d. c. 6. n. 416. & seqq. Bachov. d. loco. Speckb. d. q. n. 4. latè Her. c. 20. §. 9. per tot.*

LXXXIII. Idem statuendum censemus, si pœna delicti judicis arbitrio relicta sit. *Godd. d. c. 6. n. 428. Speckhan. d. q. n. 5.*

LXXXIV. Verùm tamen aliter se res habet de jure Saxónico, ubi supradicta distinctio non attenditur, sed potius inspicitur, an reus in flagranti crimine sit deprehensus, seu an ipso die patrati criminis sit accusatus, quo in casu sub fidejussoribus non relaxatur. *Sandr. lib. 1. in pr. art. 66. An verò non sit in flagranti crimine deprehensus vel non sit debito modo, propter delictum priusquam fuerit pernoctatum accusatus, quo casu judex sub fidejussoribus eum si postmodò capiatur, relaxare teneatur. Sandr. lib. 2. art. 9. Fr. d. c. 3. n. 229. Coler. decis. 117. per tot.*

LXXXV. Sed hîc quæritur si hisce casibus, ubi fidejussor pro reo intervenit reus aufugiat, ita ut sisti exhiberi que jam non possit, qua tunc pœna fidejussor affici debeat? Et respondemus fidejussorem, ut vel maximè reus capitali pœnâ fuisset affligendus, nullo modo corporaliter puniendum. *per l. 4. ff. de custod. & exhib. reor. ubi dicitur, quòd stante aliquo loci statuto seu consuetudine, ea sit custodienda; eâ verò deficiente, arbitrio judicis, habito personarum & circumstantiarum respectu certus modus pecunię, quæ inferri oporteat, sit statuendus. Wes. in par. ff. h. t. n. 4. Franc. d. c. 3. n. 282. ubi aliquot limitationes annexit. Ampliè. & Clariè. Dn. Præs. in Colleg. crim. d. 4. th. ult.*

lit. b. Hering. d. c. 20. §. 9. n. 3. b. cum seqq. Speckhan. d. q. 16. n. 3.
LXXXVI. Verùm cessat tota hæc disputatio, si ipse fidejussor certam pecuniæ summam pœnæ loco in casum non exhibiti rei promiserit: ea enim tunc erit dependenda. *d. l. 4. ff. d. t. id quod hodiè ut plurimum usu observari testatur. Coler. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 90. Et in decision. German. p. 1. decis. 29. n. 18.* Cujus summæ quantitas licet de Jure Saxonico unum Werigeldium, hoc est, 24. Sexagenas antiquas, 24. alte Schock, quæ singulæ constituunt 20. grossos argenteos, nō excedat, *Landr. lib. 1. art. 65. Et lib. 2. art. 10. Weichbild. art. 27. §. ihr sollet wissen*, tamen huic dispositioni juris Saxonici jam pridem contraria consuetudine derogatum esse, testatur idem *Coler. d. c. 3. n. 86. Et seqq.* ubi addit, hodiè eam summam communiter esse quingentorum florenorum, licet pro dignitate & facultatibus partium arbitrio judicis vel augeri vel minui possit: Plures quæstiones hūc spectantes videri possunt apud eundem *Coler. ad locis Franc. d. c. 3. à n. 198. usq; ad n. 314. Her. c. 10. à n. 335. usq; ad n. 424. Et c. 20. §. 9. Et 23.* quo brevitatis studio lectorem cupidum ablegamus.

LXXXVII. Illis autem obligationibus quæ nullo jure validæ sunt, fidejussorem accedere non posse manifestum est. Fidejussio enim cūm accessoria sit, principalem obligationem cui adhæreat, requirit. *l. 11. ff. b. t.* Undè annullatâ obligatione principali annullatur quoq; fidejussio. *l. 5. in pr. ff. ut legat. nom. cav. Wes. in par. b. n. 4. Her. c. 10. n. 22. Godd. c. 6. n. 359.*

LXXXVIII. Idem estò judicium de obligationibus impossibilibus: *l. 29. ff. b. t. l. 135. Et 185. de R. J.* item turpibus & inhonestis; Nam quæ facta lædunt pietatem, exiltimationem seu verecundiam nostram ea nec facere nos posse credendum est. *l. 15. ff. de condit. Inst. Her. d. c. 10. n. 36.*

LXXXIX. Hinc Impp. ad hoc honestatis vinculum respicientes uxorem in causa dotis à marito vel patre ipsius fidejussores exigere non posse constituerunt: *l. 1. Et 2. C. ne fidejuss. dot. dentur.*

XC. Sed num idem ad maritum spontè uxori fidejussores offerentem extendendum sit non usq; quaq; expeditum est: Nos cum Negantibus facimus: quia cessante ratione prohibitionis cessat quoq; ipsa prohibitio. *Duaren. ad tit. ff. solut. matrim. c. 4.*

Dn.

Dn. Arum. disp. Digest 15 tb. 14. & disp. Inst. 13. tb. 12. Bronch. cent. 3. aff. 13. Bald. Novel. tr. de dot. p. 6. privil. 21. n. 5. Speckhan. cent. 3. cl. 1. q. 12. n. 2. 3. & 4. qui disputando quidem hanc opinionem obtineri rectè posse putant, in iudicando tamen & pronunciando à contraria quæ est communior non recedendum contendunt. Diff. Her. d. tr. c. 6. n. 153 & seqq. Godd. d. c. 6. n. 366. & seqq. Treut. vol. 2. disp. 7. tb. 4. ibid. Bachov. lit. h.

XCI. Quod dictum est de dote, idem quoq; ad dotalitium non inconvenienter referri posse existimamus. *Hartm Pistor obs. 35. qui ita iudicatum esse testatur. Dissentire videtur Her. d. c. n. 226. Et tantùm de materia.*

XCII. Formã fidejussionis quod attinet, consistit ea tùm in stipulatione. *l. 12. C. b. t. tùm in principalis obligationis congruentia seu proportione. l. 49. in fin. ff. b. t. Bach. ad Tr. d. d. tb. 4. lit. a.*

XCIII. Stipulatio est adeò necessaria, ut nisi intervenerit, fidejussio nulla esse possit. *l. 12. C. b. t. Singulorum enim interest, ut non nisi seriò & cum id agunt, obligentur. l. 3. § 1. de O. & A. hi autem demùm seriò agere videntur, qui solenni stipulatione, solennibusq; verbis obligationem actionemq; sibi parare student, ut dictum est supr. tb. 68. Her. c. 11. n. 2.*

XCIV. Undè neq; inter absentes neq; per epistolã fidejussio contrahi potest. *l. 1. in pr. ff. de V. O. & diximus de eo aliquid supra tb. 8. Godd. d. tr. c. 3. n. 189. & seqq. latè Her. d. c. 11. n. 4. & multis seqq.*

XCV. Quod si tamen scriptum sit in instrumento fidejussionis fidejussum esse, stipulationem quoq; intervenisse & omnia quæ requiruntur, solenniter esse acta præsumitur. *l. 30. ff. de V. O. Franc. d. tr. c. 4. n. 56. Her. d. c. 11. n. 11.*

XCVI. Et hæc quidem de jure civili citra juris Gent. ratione ita obtinent. *Godd. d. tr. c. 2. n. 1. & aliquot seqq. Her. d. c. 11. n. 2. in fin.* Hodie autem communi quasi Germaniæ Practicã & stylo ab illa antiqua fidejubendi forma est recessum, & non amplius dubium quin vel sola conventionem absq; stipulatione, vel per epistolam inter absentes fidejussio rectè celebretur; de quo quotidianus fori usus sufficientem cuilibet fidem facere potest. *Treutl. d. d. tb. 4. ibid. Bachov. lit. a. Her. d. c. 11. n. 82.*

XCVII. Sola tamen commendatio aut affirmatio aliquem esse solvendo fidejussionem non inducit. *l. 12. §. 12. ff. mandat. Treutl.*

Trentler. ibid. Bachovius d. loco. Eleganter Her. c. 18. n. 8. & seqq.

XCIIIX. Congruentia principalis obligationis, seu Proportio consistit in eo, ne fidejussor accipiatur de re alia. l. 42. ff. b. t. neq; in durio rem causam. l. 8. §. 7. l. 34. ff. b. t. quam in quam obligatus est reus principalis: Impossibile enim est, ut accessorium plus in se contineat quam id cui accedit. *Bachovius ad Trent. d. th. 4. lit. b.*

XCIX. In durio rem autem causam accipi quis dicitur vel ratione summæ, vel ratione loci, vel ratione temporis, vel ratione causæ; si nimirum fidejussor vel pro majori summa, vel si adjectione loci, vel si purè, vel si omi ssa electione accipiatur, cum reus vel minorem summam, vel nullo certo loco, vel ex certo die, vel sub conditione vel alternativè aliquid debebat. §. 33. *Inst. de act. Trent. d. d. th. 4. Her. d. c. 24. n. 1.*

C. E contrario quoq; aliquis omnibus hisce casibus levius obligari dicitur, respectibus videlicet modò relatis in contrarium consideratis.

CI. Sicut autem fidejussores quamvis in levio rem causam sint accepti, nihilominus omninò firmiter obligantur, ita quoq; è contrario omnes fidejussores in durio rem causam adhibiti omninò non tenentur. *d. l. 8. §. 7. ff. d. t. §. 5. Inst. eod.*

CII. Et quamvis quoad reliquos fidejussores in durio rem causam adhibitos pleriq; consentiant, de eo autem solo, qui pro majori summa quam debebat principalis acceptus est, plurimi hoc negare soleant, quos magno numero allegant & sequuntur *Her. d. c. 24. n. 52. & seqq. Franc. c. 4. n. 94. & seqq.* idem tamen in eo quod in cæteris qui in durio rem causam adhibentur, scil. quòd neq; de concurrenti summa teneatur, obtinere cum *Bachovio in d. thes. 4. lit. b. Hartmanno Pistor. libr. 3. q. 10.* existimamus. *per d. l. 8. §. 7. & d. l. 49. in fin. ff. b. t. nec non per §. 5. Inst. eod.*

CIII. Aliud tamen forsàn esset dicendum si fidejussor interrogatus de eadem summa quam debet principalis majorem nihilominus promiserit, tunc enim ad summam concurrentem ipsam rectè obligari *ex l. 1. §. 4. ff. de V. O. non ineptè quis concluderit. Bach & Pist. dd. locis.*

CIV. Licet autem, ut jam dictum est, fidejussorem in durio rem

rem causam adhiberi forma juris non patiatur. *d. l. 49. in fin. ff. b. t.* quin tamen fortius & efficacius se obligare possit, nulla juris ratio eum prohibet. *l. 2. C. de fidejuss. min. Her. d. c. 24. n. 111. Treut. d. th. 4. ibid. Bachov. lit. f.* Tantum quoq; de Formâ.

CV. Restat causarum ultima, Finis: qui est duplex: respectu creditoris, ut id, quod in obligationem est deductum, tutius sibi debeat, & respectu debitoris, ut id, quod petit, facilius consequatur. *l. 1. §. 8. in fin. ff. de O. & A.* Prior est principalis, qui potissimum in fidejussione attenditur, Posterior minus principalis, qui saltem per consequentiam inspicitur. *Her. d. tr. c. 16.*

CVI. Cum ergo fidejussio eundem habeat finem cum pignore, non incommode hoc loco quaeritur, An obligatus dare fidejussores dando pignora liberetur? Quod Negamus: quia aliud pro alio invito creditori obtrudi nequit. *l. 2. in fin. ff. de reb. cred. Franc. c. 4. n. 143. Her. c. 18. n. 68. Diss. Dec. ad l. 25. de R. 7. n. 3.*

CVII. Causis ordine positis sequitur effectus, in quo potissima negotii utilitas conspicitur. Est autem effectus fidejussionis duplex, vel primus vel ex proximo ortus.

CIX. Effectus primus consistit in eo, quod fidejussor suo nomine & ex sua promissione obligetur creditori, ad id quod ab initio contractus conventum & in obligationem deductum est. *l. 4. in fin. ff. b. t.* non minus quam ipse principalis: unde & re⁹ *d. l. 4. & debitor l. 4. de solut.* appellatur.

CIX. Sive sit fors, sive usura: *l. 8. C. quod cum eo, qui in alien.* idq; si expresse pro usuris, vel etiam si expresse in omnem causam vel eventum fidejussum sit, per se satis manifestum est. *l. 54. in pr. ff. locat. l. 1. §. 6. ff. de pos.* Sicut & contrarium non minus manifestum esse putamus, quando appositâ certâ summâ ultra quam teneri nolit fidejussor, fidejussio interposita est. *l. 68. §. 1. ff. b. t.* tunc namq; limitata causa limitatum producit effectum, & in contractibus ea, quæ in principio placuerunt, inspicienda sunt *d. l. 1. §. 6. ff. de pos.*

CX. Hoc saltem à Dd. anxie disquiritur, Num simpliciter pro a iō fidejubens in omnem causam sese obligasse sit dicendus, & per consequ. ad præstandas usuras & interesse teneatur? cujus quaestionis prius membrum simpliciter negam⁹ *cum Godd. c. 11. n. 132. & seqq. per l. 76. §. 1. & l. 99. in pr. de V. O.* posteriori autem talem distinctionem adhibemus

CXI.

CXI. Aut usuræ petuntur à creditore propter pactum seu promissionem Rei principalis, aut verò petuntur propter morã; Priori casu fidejussorem omninò teneri existimamus, modò is hoc rei principalis pactum adjectum fuisse probabiliter ignorare non potuerit; quia fidejussor eandem summã promittere intelligitur per relationẽ ad instrumentum rei principalis, etiam si ipse eam non specificet: maximè si eorum, quæ in instrumento comprehenduntur, connexa sit obligatio, qualis est sortis & usurarum pacto vel stipulatione in continenti promissarum. *l. 24. in fin. l. 26. §. 2 ff. de pos. Her. d. tr. c. 24. n. 232. & seqq.*

CXII. Posteriori v. casu licet Dd. communiter distinguere soleant, an fidejussor accesserit contractui bonæ fidei, an v. stricti juris: si illis accesserit ut teneatur, his verò si accesserit neutiquã, quam distinctionem etiam probat *cum Treutl Bachovig vol. 2. p. 1. d. 23. th. 5. lit. e.* nos tamen opinionem indistinctè hoc negantiũ non leviorib. suffultam rationibus an tueri possimus, videbim⁹: pro qua faciunt ea quæ traduntur à *Franco d. tr. c. 5. n. 26. Godd. d. c. 11. n. 136. Dn. Arumæo disp. Inst. 13 th. 16. & in tr. de mora c. 8. n. 16.*

CXIII. Sicut ergò mora sive etiam alia culpa Rei principalis regulariter non nocet fidejussori quoad augendam obligationẽ *l. 8. ff. quod cert. loco. nisi in omnẽ causam intervenerit. d. l. 54. in pr. ff. locat. & d. l. 1. §. 6. ff. de pos. (quamvis noceat quoad eandẽ perpetuandam l. 58. §. 1. ff. b. t. quo sensu accipiendæ sunt l. 24. §. 1. ff. de usur. l. 88. de V. O. & similes)* ita quoq; multò minùs casus fortuitus superveniens ipsi debet imputari. *l. 6. C. de pignorat. act. l. 4. C. de peric. tut l. 23 in fin. de R. 7. nisi eum expressio pacto in se susceperit. d. l. 6 C. de pignorat. act.* Dissentire videtur *Franc. d. c. 5. n. 131. per l. 1. §. 8. de O. & A. cui tamen satisfacit Her. d. c. 24. n. 212.*

CXIV. Quin autè ex culpa propria fidejussor rectè teneatur, dubium non mereri existimo: sive ea consistat in mora sive in interitu rei debitæ, sive alio quocunq; modo interveniat, *l. 49 in pr. l. 127. ff. de V. O.* Tunc enim eadem est ipsius conditio quoad æstimationem ineundam, quæ alterius cujusvis debitoris quantumvis principalis. *Her. d. c. 24. n. 167.*

CXV. Verùm quid si contingat fidejussorem, cujus culpa res interit, non habere tantùm in bonis unde creditori satisfieri possit, numquid debitor qui neq; culpæ neq; moræ argui potest, liberatus censebitur? V. C. Debitor post recessum misit pecuniã
fide-

fidejussori, quā debebat ad hoc, ut is creditori solveret; fidejussor
eā ludēdo perdit vel alio modo dilapitando consumit, numquid
debitor erit liberatus, ita ut creditor pecuniam debitam ab eo
petere non possit, si fidejussor forsā nō sit solvendo? Nequaquā:
quia notissimi juris est fidejussore ad inopiam vergente, nihilo-
minus debitorem manere obligatum. *l. 10. in fin. ff. qui satisd. cog.*
& eū qui invito vel ignorante creditore alii solvit, ab obligatio-
ne nō liberari. *elegantē Impp. Dioclet. & Maxim. in l. 12. C. de solut.*

CXVI. Effectus autem fidejussionis, ne extra oleas vagari vi-
deamur, de quo diximus non solum ipsum fidejussorē spectat,
sed & heredes ejus concernit. *l. 4. §. 1. ff. h. t. l. 24. C. eod.* quia æquū
est, ut ex qua persona quis lucrum capiat, ejus quoque factū præsta-
re non recuset. *l. 149. de R. J. & heres adeundo hereditatē defun-
cti voluntatem comprobare intelligitur. l. 55. §. 2. ff. ad SC. Trebell.*

CXVII. Quamvis in instrumento fidejussionis nulla heredis
mentio facta sit; non solum de jure civili, ubi textus est expressus
in l. 13. C. de contr. stip. verum etiam de jure Saxon. Weichb. art. 118.
ibi der Sachwalden Erben. Et quamvis textus *Landr. lib. 1. art. 6. n.*
3. & 4. contrarium velle videatur, rectē tamen à glossā *ibid. ex-*
plicatur & ad certum casum restringitur. Coler. p. 1. c. 10. n. 314. &
315. Berlich p. 2. concl. 26. n. 3. & seqq.

CXVIII. Quam assertionem adeo veram putamus, ut etiam
obtineat tunc, quando in instrumento fidejussionis particulē ta-
xativæ, veluti, Ego solus, Ego tantum, &c. positæ reperiuntur.
Dictio namque taxativa licet exclusiva sit, omnium casuum extra
orationem, in qua ipsa est positorum. *l. 2. C. de patr. qui fil. distrax.*
non tamen excludit casus seu personas similes. *l. 10. §. 1. ff. de edend.*
Everhard. loc. legal. 111. n. 4. & 5. Diss. l. 12. C. de præd. & al. reb. minor.
Franc. d. c. 5. n. 88. Col. d. p. 1. c. 10. n. 318. Hartm. Pistor. p. 2. q. 26. n. 2. &
seqq. Her. c. 20. §. 10. n. 39.

CXIX. Aliud tamen est dicendū, quando contraria consue-
tudo in aliquo loco introducta est, sicut eā in Ducatu Lünzbur-
genſi ex Clammero, in Ducatu Megapolitano ex Scheplizio vi-
gere notat. *Her. d. c. 20. n. 80.* Dubium enim non est, quin sicut pa-
cto expressè conveniri potest, ne fidejussio heredes constringat,
ita etiam consuetudine idē effici possit; ducto argumēto à pacto
ad consuetudinē quod est firmū, nisi ratio diversitatis dari possit

D

arg.

arg. l. fin. C. de fidejuss. Everb. in loc. 120. n. 1. & seqq. Franc. d. c. n. 106. Her. d. loc. Idem constituit Novel. Elect. Augusti p. 2. constit. 20. in pr.

CXX. Et hæc ut opinor suam habent lucem; Coeterum si ita instrumento comprehensum fuerit, ut si unum fidejussorum factis cedere contingat, debitor alium in ejus locum surrogare teneatur, an per hoc pactum fidejussoria obligatio ad solos fidejussores restricta sit, ita ut heredes ea non teneantur, inter Dd. non convenit. Et licet *d. Novella Electoris 20.* satis expresse illud affirmet, de jure tamen nostro civili pro contraria opinione non parùm facere videntur ea, quæ affert *Bachov. contra Treutl. d. d. t. b. s. lit. b. pag. mibi 943. ibi sed pro contraria.* Cum Treutlero faciunt *Her. d. s. 10. n. 60. Fr. d. c. n. 89. Coler. d. c. 10. n. 319. & seqq. & p. 1. decis. 30. n. 67. & seqq. Berlich. d. p. 2. concl. 26. n. 14. & 15.*

CXXI. Ad eò autem hic fidejussionis effectus heredes fidejussoris constringit, ut etiã creditoribus ex propriis bonis satisfacere cogantur, licet hereditas ad summã æris alieni non ascēdat: nisi forsitan inventarii confectioe sibi prospexerint. *l. fin. in pr. & §. 1. C. de jur. delib.* Quo ipso jus nostrum civile discrepat à jure Saxonico, quod ipsum heredes, quamvis non confecto inventario, nunquam ultra vires hereditarias condemnat. *Landr. lib. 1. art. 6. Wer das Erbe nimpt/soll zu rechte die Schuld zahlen als ferne das Erbe reiche mit der fahrenden Haabe. Coler. p. 2. c. 3. n. 398. & seqq. Author differ. jur. Civ. & Saxon. lib. 2. p. 1. diff. 38.*

CXXII. Quãvis itaq; ut ex hætenùs dictis apparet, magnus sit fidejussionis effectus, nunquã tamẽ extenditur ad ea quæ sunt extra naturam contractus vel extra conventa. *l. 99. in pr. ff. de V. &*

CXXIII. Hinc fidejussor, qui pro obligato ad certum tempus intercessit, tempore obligationis hujus præterlapso, si postmodum obligatio illa renovetur in scio fidejussore, licet obligatus maneat in præteritum, seu respectu obligationis primæ, donec ea vel per solutionem, vel novationẽ, vel alium legitimum tollendæ obligationis modum fuerit sublata vel interempta: *l. 7. C. de locat. & conduct. l. 27. in med. ibi nisi in tempus & l. 29. C. d. t. nullo tamen modo tenetur in futurum, seu respectu obligationis secundæ sive renovatæ. dd. ll. Coler. p. 1. c. 10. n. 338. cum seqq. Fr. c. 6. n. 52. cum seqq. Ampliſſ. & Consultiſſ. Dn. Riemer. Præceptor meus honorandus dec. 10. q. 4.*

CXXIV. Aliter tamen se res habet in eo casu, quando fidejussor

for ita obligationi ad certum tempus accessit, ut præterlapso eo tempore obligatio quidem non renovetur, sed eadē maneat, solutionis verò terminus prorogetur; tunc enim fidejussor nō saltem non liberatur respectu temporis præteriti, sed etiam ne quidē respectu temporis futuri: quia prorogatio termini solutionis differt saltem exactionem, non verò novam inducit obligationem. *l. 12. §. 14. ff. mandat.*

CXXV. Atq; illud quidem in hoc posteriori casu indistinctè obtinere statuimus, sive simpliciter, sive cum temporis adjectione fidejussor fidem suam interposuisset. *d. l. 12. §. 14. ff. mandat.* *Dn. Riem. d. decad. q. 5. Diss. Berlich. latè d. p. 2. concl. 25.* ubi septē diversas diversorum in hac quæstione opiniones recenset. Paulisper saltem hac in parte à jure communi recedit Saxonix Elector *const. 19. p. 2.* ubi fidejussorem propter præcedentem protestationem post præterlapsum terminum intra tres menses à creditore non conventum, si prorogatio sit concessa debitori, planè liberatum esse constituit. Et hætenus de effectu primo.

CXXVI. Effectus ex primo ortus exierit se in eo, dū fidejussio creditorib. advers⁹ fidejussores producit actionē eandē quæ aliàs ex stipulatione descendere solet. *l. 88 in fin. ff. de V. O. l. 95. §. 1. in fin. ff. de solut.* etiam tunc quando contractui bonæ fidei accedit. *l. 1. §. 13 ff. ut legator.* Conditionem nimirum certi si res sit certa quæ venit in petitionem, *l. 74. ff. de V. O.* si incerta ex stipulatu actionem *l. 75. ff. eod. l. 24. ff. si cert. pet.* ubi tamen per stipulatum non causa efficiens, sed materia & nomen actionis denotatur. *monente Bathovio ad Tr. p. 2. vol. 2. disp. 27. sb. 8. lit. a in pr. Her. c. 21. n. 1. 2. & 3. Godd. de contr. stip. c. 11. concl. 1.*

CXXVII. Per Conditionem certi hîc intelligimus generalē illam, cujus *Ulpian. in l. 9. ff. de reb. cred.* mentionē facit: hanc enim certò competere *ex d. l. 9.* satis liquidò apparet: quod si v. jam quis dixerit per conditionem certi, quæ ex stipulatione nascitur, intelligendā esse conditionē certi, ut vocant, specialem, sequetur inde, ex stipulatione non duplicem sed triplicē proficisci actionem, contra mentem *Imp. in pr. Inst. de V. O. Godd. d. c. 11. concl. 2.*

CXXVIII. An verò his prædictis actionibus etiam hodie antiquatis stipulationum solennibus adhuc locus sit, dubitari posse video: puto illud rectè affirmandum. *per l. 4. in fin. ff. de fidejuss. & nomin. tut. l. un. in pr. C. de rei uxor. act. Gomez. 2. resol. c. 9. n. 3.*

CXXIX. Interdum tamen etiam hisce actionibus ordinariis: relictis, ex fidejussione instrumento Guarentigionato obfirmatâ viâ executivâ contra fidejussores proceditur, de quibus fusè *Coler. p. 2. c. 3. n. 43. & seqq.* Plures actionum species ex hoc contractu contra fidejussores provenientes videri possunt apud *Her. d. c. 21. per 101.* quæ tamen ad propositum nostrum non multum facere videntur.

CXXX. Ut autem actionibus hisce sua constet virtus & efficacia, oportet ut in proprio fidejussorum foro, ubi nimir. habent domicilium, vel ubi cæteris paribus contractus fuit celebratus, coram competente ipsorum fidejussorum, non verò principalem reorum giudice instituat: per tritam juris regulam: Actor forum rei sequitur, *l. 2. C. de jurisd. omn. judic. l. 1. in fin. si quis in jus voc. non iv. Her. d. c. 23. n. 8. Zanger. tr. de Except. c. 1. p. 2. n. 9. cum seqq. & vicissim n. 107 cum seqq.*

CXXXI. Quod tamen ita erit limitandum, nisi huic fori privilegio ab ipso fidejussore expressè fuerit renunciatum. *l. 29. C. de pact. Myns. cent. 2. obs. 5.* vel etiam solutio in aliû locum ipso sciente & volente fuerit collata. *l. 61. ff. h. t. Coler. p. 2. c. 1. n. 59. & seqq.*

CXXXII. Nam etsi fidejussor hanc generalem clausulam in instrumento inseruisset, daß der Glaubiger den Bürgen vor allen Gerichten vornemen vnd. besprechen müge/ tamè extra judicia sive tribunalia competentia illam clausulã nō esse extendendã putamus. *Myns. cent. 1. obs. 88.* Dissentire videtur *Zang d. c. 1. p. 2. n. 155.*

CXXXIII. Sed & hoc ad effectum fidejussionis pertinet, quod si plures sint fidejussores, electio tunc competat creditori unum ex illis quem velit in solidum convenire: *l. 16. l. 21. C. h. t.* Quia etsi plures intervenerint fidejussores, exinde tamen obligatio ipso jure inter eos nō dividitur, sed singuli in solidum obligati intelliguntur, licet in instrumento obligationis de eo nihil fuerit expressum. *l. 3. in fin. C. d. t.* Ubi tamen olim contestatio contra unû fidejussorem facta faciebat, ut cæteris liberatio contingeret, secus ut in mandatoribus. *l. 23. C. h. t.* licet postea illud per Justinianum etiam in fidejussoribus correctum & idem quoad hunc passum in illis quod in mandatoribus jus statutum sit. *l. 28. C. h. t. Bach. d. d. th. 1. lit. b. pag. 89. ibi illa autem. Diss. Donel. in l. 23. C. h. t.*

CXXXIV. Etiam ante principalem. *l. 2. 3. & 5. C. d. t.* quo tamen

men casu ne de jure veteri quidem reus principalis fidejussorum electione liberabatur. *l. 13. ff. b. t. l. 21. ff. de solut.* quod absurdum videretur per accessorium tolli principale: quod ipsum postea Justinian. confirmavit *in d. l. 28. C. b. t. Bach. d. loc. p. 894 ibi circ. prim.*

CXXXV. Qui tamen fidejussionis effectus tanquam rigorosus æquitatis temperamento postea mitigatus est; dum fidejussoribus exceptione Divisionis, si cœteri fidejussores sint solvendo, item Exceptione Excussionis seu Ordinis, si reus principalis sit præsens, contra creditores se tueri legum posteriorum beneficio est concessum. *l. 3. C. d. t. Novel. 4. c. 1. in pr.*

CXXXVI. Et hæc exceptiones fidejussoribus ex propriâ illorum personâ competunt, de quibus pluribus agendi *infra th. 144. & seqq.* locus forsan erit commodior. Cœterum num illi præter has etiam Exceptionibus Reo competentibus contra creditores uti possint, digna est quæ ventiletur quaestio, de qua diversæ extant Dd. opiniones, quas refert *Franc. d. tr. c. 3. n. 21.* Nos hac vice reliquis valere jussis, opinioni illorum, qui simpliciter distinguunt inter Reales & Personales Exceptiones, calculum nostrum adjiciendo, priores illis concedimus, posteriores denegamus. Textus est expressus. *in l. 7. ff. de Except. Franc. d. c. 3. n. 23, Her. c. 27 p. 4. Zanger. c. 26 p. 3 n. 216.*

CXXXVII. Reales Exceptiones hîc intelligimus, ubi Res (sub qua & obligationem comprehendimus) est proxima & immediata causa: qualis est Exceptio Compensationis, Novationis, Præscriptionis, Doli mali, Rei judicatæ, Jurejurandi, Quod metus causa, Transactionis, Pacti de non petendo & similes, quas recenset *Fr. d. c. 3. n. 25. & seqq. Her. d. c. 27. p. 4. n. 16. & seqq. Zanger. d. c. 26. p. 3. n. 221.* quæ cum ex ipsa re causam accipiant, meritò propter rem ad fidejussorem quoq; transferantur. *l. 32 ff. de reb. auct. jud. possid. ne aliàs fidejussor in duriolem causam obligetur quàm reus principalis. contra l. 8. §. 7. ff. d. t.*

CXXXVIII. Has igitur exceptiones fidejussori integrum est opponere, etiam si ipse omnibus Exceptionibus renunciaverit. *c. ex parte. 13. de offic. & potest. jud. sive etiam ipse reus reclamaverit. l. 19. ff. de Except. Zanger. d. c. 26. p. 3. n. 216.*

CXXXIX. Id quod modò de Exceptionibus realibus dictum est, extenditur etiam ad Exceptiones mixtas, quibus persona non

etiam intuitu sui quam intuitu rei alicujus coherentis locum fecit; qualis est Exceptio S. C. Ti. Vellejani & Macedoniani. *d. l. 7. ff. de Except. Fr. d. c. 3. n. 53. & seqq. Zanger. d. c. 26. p. 3. n. 222. Her. d. c. 27. n. 56.*

CXL. Personales Exceptiones intelligimus quarum proxima & immediata causa est persona: hæc, ut dictum est, ad fidejussores nullo modo porriguntur. *d. l. 7. ff. de Except.* Quia quoties Persona locum facit beneficio, ibi personam deficiente beneficiū quoque deficit. *l. 68. de R. J.* Talis est exceptio fori declinatoria. *l. 12. ff. judicat. solv.* Exceptio ejus qui magistratum gerit. *d. l. 12.* Exceptio ut vocant competentia, quæ competit Socio, Parenti, Liberis, Patrono, Patronæve & parentibus liberisque; eorum, Socero, Marito, Militi, & ei qui bonis cessit, si ad pinguiorem fortunam perveniat. *l. 16. cum aliquot seqq. ff. de re judic. § 36. cum seqq. usq. ad fin. Inst. de action. Franc. d. c. 3. n. 98. Zanger. d. p. 3. n. 228. Her. d. p. 4. n. 75. & seqq.*

CXLI. Ubi tamen hæc notanda cautela, quamvis fidejussores conventi ex sua persona hanc competentia exceptionem creditoribus objicere non possint, quod tamen reo principali litæ denunciare non prohibeantur ad hoc, ut ille compareat & exceptionem ex sua persona opponat. Textus est expressus in *l. 10. §. 12. ff. mandat.* ne aliàs per indirectum beneficiū principali concessum eludatur, dum videl. mandati actione contrariâ cogeretur fidejussori solidum restituere, cum tamen creditori ultra id, quod facere posset, non teneretur. *Schneidw. ad §. fin. Inst. de act. n. 7. in fin. Franc. d. c. 3. n. 124. Her. d. p. 4. n. 81.*

CXLII. Cæterum hinc dubitari posse video de Exceptione Restitutionis minori ex lubrico ætatis lapsa competente, num hæc quoque fidejussoribus minoris sit tribuenda? Quæ in questione certi quid determinare difficile est, prout agnoscit *Franc. d. c. 3. n. 71.* sed quidquid sit, nos hæc vice parti simpliciter negantium adharebimus, propter textus in *l. 13. ff. de minor. l. 1. §. 2. C. de fidejuss. minor. Gomez tom. 2. resol. c. 14. n. 9. Donel. lib. 21. comment. 6. 14. ibid. Hillig. lit. G. cum seqq. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 11. th. 2. lit. D. Her. d. p. 4. n. 113.* Dissentire videtur *Franc. d. c. 3. n. 63. & seqq.* qui tamen finaliter nihil certi concludit. Aliter dissentit *Fab. lib. 8. conject. c. 3.*

CXLIII. Effectibus fidejussionis ita breviter pro instituti nostri

noſtri ratione delineatis, paucis etiam de accidentibus ejuſdem nobis erit dicendum: Accidunt autem huic contractui alia ex proviſione Legis, alia ex proviſione hominis.

CXLIV. Ex proviſione Legis veniunt beneficia fidejuſſoribus indulta, veluti ſunt: Beneficium Excuffionis, Diviſionis, & cedendarum actionum.

CXLV. Excuffionis beneficium eſt quod competit fidejuſſori convento contra creditorem, ne ab eo exigatur debitum priuſquam reus principalis excuſſus & inſtituta in bona ejus diligenti inſpectione non ſolvendo fuerit repertus. Paulo aliter *Fr. c. 5. n. 145.*

CXLVI. Dicitur hoc beneficium alio nomine Exceptio Ordinis, Beneficium de principali prius conveniendo, Beneficium novae conſtitutionis de fidejuſſoribus, Beneficium Auth. praesente, item Beneficium Juſtiniani: propterea quod cum olim de jure D. & C. creditori poſt moram debitoris liberum eſſet relicto reo fidejuſſorem convenire. *l. 2. l. 5. C. b. t.* & ita ordine quaſi inverſo a fidejuſſore initium facere, hoc ipſam poſtea Juſtiniani conſtitutione in *Novella 4. c. 1.* reformatum, & tanquam incongruum & indiſcretum in juſtum ordinem redactum ſit. *ſupra l. b. 133. & ſeq.*

CXLVII. Competit autem beneficium hoc non ſolum fidejuſſoribus omnibus, qui alienam obligationem in ſe ſuſceperunt, verum etiam heredibus ipſorum. *l. 27. § 3 ff. b. t.* Sed tunc demum ſi fuerint conventi; quia non in modum actionis, ſed in modum Exceptionis ipſis indultum eſt. *Bach. ad Tr. d. d. t. b. s. lit. c. pag. 946.*

CXLVIII. Quamvis autem regulariter ante litem conteſtatam illud opponendum ſit, propterea quod differat potius, quam quod perimat obligationis vel actionis ſubſtantiam. *Everhard. loc. 1. n. 5. in med.* quia tamen non omni plane perimendi effectu deſtituitur, ideo etiam poſt ſuſceptum jam judicium illud admitti poſſe æquius putamus *cum Godd. d. tr. c. 9. n. 103. Franco d. c. 5. n. 277. & 285. Her. d. c. 28. n. 20.* & ſecundum hanc poſtერიorem ſententiam pronunciatum eſſe ab Aſſeſſoribus in dicasterio Witebergensi teſtatur *Zanger c. 14. p. 2. n. 6.*

CXLIX. Idque multo magis procedit tunc quando reus tempore litis conteſtatae abſens, vel non ſolvendo exiſtens, lite pendente reverſus, vel ex opulenta hereditate obventa, vel alio modo.

modo solvendo factus fuerit; Quod ea quæ de novo emergunt, novo indigeant auxilio *l. 8. §. 11. in med. ff. de interrogat. in jur. faciend. Franc. d. c. 5. n. 280. Hering. d. p. 1. n. 24. Berlich p. 4. concl. 24. n. 139. & seqq.*

CL. Licet autem hoc beneficium regulariter, ut dictum est *supra t. b. 147.* omnibus omninò competat fidejussoribus, adeòq; ipsorum heredibus, certi tamen reperiuntur casus excepti, qui beneficium hoc faciunt cessare: Tales præcipuè sunt; 1. Fidejussoris inficiatio fraudulenta. 2. Renunciatio Expressa. 3. Novatio. 4. Rei principalis absentia. 5. Conveniendi difficultas. 6. Notoria paupertas. 7. Obligationis civilis in eo defectus. 8. Bonorum ipsius apud fidejussorem. 9. Sive etiam in aliis longinquis & remotis locis existentia. 10. Difficilis eorum, forsàn quod non faciliè emptorem inveniunt, distractio. 11. Consuetudo contraria, Et 12. summarius causæ processus. Horum modorum ampliaciones & limitationes sicut & aliorum, qui hoc beneficium excludunt, enumerationem videre licet apud *Coler. p. 1. c. 10. n. 380. usq; ad n. 404. Franc. d. c. 5. à n. 316. usq; ad n. 429. Her. d. p. 1. à num. 186. usq; ad fin. & novissimè apud Berlich. p. 2. concl. 24.* prolixè & copiosè hæc tractantes, ex quibus præcipuos summarie hinc retulisse in præsentiarum nobis sufficiat.

CLI. Hoc saltem prioribus annectere lubet, quod licet fidejussor per factam renunciationem se hujus beneficii incapacem reddiderit, nihilominùs tamen deponendo expensas possit petere ut reus suo periculo excutiatur. *per l. 22 §. 2. ff. mandat. Heig. p. 1. q. 37. n. 9. Her. p. 1. n. 196.*

CLII. Item fidejussor indemnitatis ein *Schadelosbürge*, licet expressè, nominatim & specificè beneficio huic renunciaverit, quod nihilominùs tamen illud opponere & eo uti rectè possit; propterea quòd hic excussionis exceptione se tueatur, non tam ex beneficio legis, quàm ex natura verborum contractus. *Coler. d. p. 1. c. 10. n. 450. Berlich. d. p. 2. concl. 22. n. 25.* Et tantùm de beneficio Excussionis.

CLIII. Beneficium Divisionis est, quod competit pluribus confidejussoribus, quorum singuli ex natura obligationis in solidum sunt obligati, ad hoc, ut Creditor obligationem inter eos dividere, & unumquemq; ex illis non nisi pro virili portione convenire cogatur. *Her. d. c. 27. p. 2. n. 4.*

CLIV.

CLIV. Appellatur hoc Beneficium aliàs Beneficium ex Epistolâ D. Hadriani. *l. 26. ff. h. t.* propterea quod, cum olim ex jure veteri in arbitrio erat creditorum, unum ex pluribus fidejussoribus quem vellent in solidum convenire, *l. 16. C. h. t.* siquidē singuli principalem obligationem suâ fide esse jubebant, *l. 3 l. 5. C. d. t.* Divus Hadrianus singulari æquitate atq; commiseratione erga fidejussores inductus hoc beneficii illis concesserit, ut solutione portionis virilis liberati nihil ulterius creditoribus præstare cogantur. *l. 10. C. d. t. Supr. th. 133. §. 135.*

CLV. Quod tamen beneficium locum saltem habet inter plures confidejssores, qui pro uno & eodem debitore & pro una eademq; summa, licet distinctis temporibus intervenerunt. *l. 43. ff. h. t. Fr. d. c. 5. n. 440.* qui illud postea etiam ad heredes suos rectè transmittunt. *l. 27. ff. d. t.*

CLVI. Tuentur autem se hoc beneficio illi confidejssores, non secus ut priori, per modum saltem Exceptionis, non verò actionis; Quia singuli ipso jure ex naturâ obligationis in solidum obligati intelliguntur. *l. 26. ff. h. t. Her. d. p. 2. n. 15.*

CLVII. Quam exceptionem & ante & post litem contestatam, non verò post sententiam opponere eos posse putamus: *l. 10. in fin. C. h. t. Her. c. 28. n. 29. Bachov. d. d. th. 5. lit. f. p. 958. in fin.* Dissentire videtur *Coler. p. 4 c. 1. n. 117. in fin.*

CLVIII. Verùm sicut beneficium Excussionis intra certas re-tas coërcetur, ultra quas ejus virtus & efficacia non progreditur, ita etiam hinc certi quidam reperiuntur modi, qui constitutionis hujus benignitatem excludunt: Tales præcipuè sunt: 1. Renunciatio Expressa. 2. Omissio ejus in judicio. 3. Solidi solutio. 4. Fraudulenta factæ fidejssionis inficiatio. 5. Notoria confidejssoris inopia. 6. Efficacis obligationis in eo defectus. 7. Obligatio ad factum. Et deniq; 8. si plures pro uno tutore rem pupilli salvam fore promiserunt. De hisce & similibus modis si quis plura cognoscere velit, videat *Val. Fr. d. c. 5. à n. 462 usq; ad n. 478. Her. d. c. 27. p. 2. à n. 50. usq; ad fin.* quò nos brevitatis studio remittimus.

CLIX. Beneficium cedendarum actionum est quod competit fidejssori ad hoc ut eo se tueatur adversus creditorem solidum petentem, ne ad solutionem, priusquam sibi actiones, quas habet

E

cre-

creditor, tūm contra principalem, tūm contra confidejssores
cesserit, possit compelli. *Her. d. o. 27. p. 3. n. 12 & seqq.*

CLX. Consistit in hoc beneficio ultimum fidejssorum
refugium, & competit demum tunc quando duobus prioribus
amplius non est locus, sed fidejssor vel jam solidum solvit, vel
ad solvendum mox solidum efficaciter est obstrictus; summāq;
nititur æquitate, maximè respectu confidejssorum, ad quos sol-
vens nullum haberet regressum absq; hoc beneficio si esset. *l. 39.
f. b. t. l. 11. C. eod. Franc. d. c. 5. n. 479. & rursus 488. Heig. p. 1. q. 38. n. 51.*

CLXI. Verūm quomodo hæc actionis cessio fieri debeat,
quæstionis est non perindè extricata; Et contra principalem
quidem semper in solidum fieri debere manifestum est, saltem
quomodo contra confidejssores fieri debeat, dubitationem re-
cipit: Nos cum *Hartmanno Pistor. lib. 1. q. 48.* tribus distinctis quæ-
stionibus rem expediemus.

CLXII. Aut enim quæritur: An actio cedenda sit fidejssori
ejus etiam partis nomine, quæ ipsum solventem contingit, an
verò saltem nomine earum portionum, quæ reliquos confide-
jssores concernunt. Et posterius simpliciter affirmandum pu-
ramus, nullā habitā ratione ejus, An fidejssor beneficio Divi-
sionis renunciaverit, An non: propter regulam *in l. 38. in fin. ff. de
admin. & peric. tut. traditam*: Ejus quod quis proprium debitum
agnoscendo solvit actionem adversus alium cedendam non es-
se. *Hartm. Pist. d. q. n. 7.*

CLXIII. Aut præsuppositā opinione hac ulterius quæritur; An
detractā jam solventis portione actio ei contra confidejssores
pro residuā parte cedi debeat in solidum, an v. saltem pro rata; Et
itidem simpliciter affirmamus, actionem pro residuā portione ei
contra confidejssores in solidum esse cedendam: quia singuli fi-
dejssorum ipso jure creditori in solidum fuerunt obligati, *l. 3. C.
b. t.* Ergò etiam eam actionem ex hac obligatione creditori qua-
sitam, ipse creditor fidejssori solventi cedere tenetur. *Hartm.
Pist. d. q. n. 14.*

CLXIV. Aut deniq; tertio quæritur, an fidejssor cessam
jam pro residuā parte actionem contra confidejssores in soli-
dum exercere possit; Et hîc demum distinguendū putamus; Aut
enim confidejssores beneficio Divisionis renunciaverunt, Aut
non

non renunciaverunt; Priori casu saltem pro rata, Posteriori in solidum contra eos actionem exerceri posse concludimus: quia fidejussoris tanquam cessionarii, quoad hunc passum eadem est ratio, quæ creditoris veluti cedentis: Creditori autem obstabat Exceptio Divisionis, si ei non esset renunciatum, Ergo & huic fidejussori. *Pist. d. q. n. 15. & seqq.* Consentit ferè *Col. p. 2. c. 2. n. 11. & seqq. Franc. d. c. 5. n. 489. & seqq. Her. d. p. 2. n. 28. & seqq. Dn. Argem. disp. ff. 23. t. b. 4.*

CLXV. Quæ v. hætenùs dicta sunt, ita intelligi debent quatenùs confidejssores solvendo fuerint; sin minùs deficientis portionem non solùm cæteri, sed & is cui solventi actio cessat, sustinebit. *Hartm. Pist. d. q. n. 11. Coler. d. p. 2. c. 2. n. 20. & seqq. Diss. Sim. Ulric. Pistor. in addition. ad Hartm. Pistor. lit. a.*

CLXVI. Quo verò modo creditor fidejussori solvèti actiones cedere necesse habet, eodem quoq; fidejssorè confidejssori solventi eas cedere oportet, hac tamen conditione ut fidejssor solvens semper suam portionem deducat. *Hartm. Pist. d. q. n. 18.*

CLXVII. Peti harum actionum cessio potest non solùm ante solutionem, item in continenti in ipso solutionis actu, sed etiã post solutionem ex intervallo, nullo licet pacto vel protestatione de illis cedendis præeunte. *per l. 36. ff. h. t. Heig. p. 1. q. 38. n. 10. & seqq. Franc. d. c. 5. n. 484. Col. p. 1. c. 10. n. 416. Diss. acriter Godd. d. tr. c. 9. n. 118. & seqq. Berluch d. p. 2. concl. 22. n. 65.*

CLXVIII. Licet a. hujus beneficii sit singularis prærogativa, ita ut quamvis statutù aliquod nullas exceptiones admittendas esse dicat, hæc tamen cessionis exceptio nihilominùs opponi possit. *Her. d. p. 3. n. 2.* non minus tamen illo quàm cæteris beneficiis fidejssor per expressam renunciationem se abdicare potest; quia omnes licentiam habent his quæ pro se introducta sunt renunciare. *l. pen. C. de pact. Diss. Bach. ad Tr. d. d. t. b. 6. lit. a. p. 963. in med.*

CLXIX. Quæ tamen renunciatio hunc solum effectum secum trahit, ut nimirùm renuncians per hanc exceptionem actionum cedendarum executionem saltem retardare nequeat, quod ante solutionem ipsi licuisset, *supra t. b. 159.* non verò ut propterea factã jam solutione deinceps quoq; à creditore cessionem impetrare prohibeatur: quia duobus juribus alicui competentibus, uno remisso alterum quoq; non statim remissum videtur.

l. 21. ff. de serv. urb. pred. Eleganter *Heig. d. q. 38 n. 35. & seqq.* Dissentire videtur *Coler. d. c. 10. n. 429.*

CLXX. Similiter hoc cessionis beneficium officium suum perdit, tunc quando fidejussor dolosè se fidejussorem esse abnegavit. *Hering. d. p. 2. n. 24.* ubi plures modos, quibus hoc beneficium cesset, recenset, qui tamen hùc propriè non pertinere videntur.

CLXXI. Præter enumerata modò beneficia fidejussori quoque contra debitorem principalem competit actio mandati contraria; si solvit, pro recuperando id quod solutum est, vel si diu in obligatione stetit, pro consequenda liberatione, indemnitate & interesse: de qua latè *Franc. c. 5. n. 558. & multis seqq. Her. c. 25. per tot.* ubi etiam plures actiones fidejussori competentes recenset: Verùm quia hæc actio non tam est accidens fidejussionis, quàm effectus præcedentis debitoris mandati vel subsequents ratihabitionis; ideò fusiore ejus explicationem hoc loco præmittimus & lectore ad *Franc. & Hering. dd. locis* remisso, ad accidentia, quæ ex provisione hominis originem suam trahunt, gradum facimus.

CXXII. Ex Provisione igitur hominis veniunt Pacta; quorum non incommodè alia adjicientia nominari possunt, alia detrahentia.

CLXXIII. Adjicientia dicimus quibus contrahentes aliquid adjiciunt contractui, ad quod aliàs ex natura ejus contractus non erant obligati.

CLXXIV. Hùc referri possunt Promissiones obstagiorum Germanicè die *Leistung* oder *Leistungsmahnung*. Quod Obligationis genus etiam si aliquam diu toleraverit Germaniæ consuetudo, donec propter abusum & evitandum scandalum per Imp. Maximilian. II. Anno 1576 Ratisbonæ in comitiis fuerit sublata, & Anno postea 1577. in politica reformatione *sub tit. 17.* publicata, tradente Gailio *lib. 2. obs. 45. n. 6.* (quæ tamen sanctio multis in locis de facto non est recepta, ut loquitur *Hering. c. 17. num. 71.*) nusquam tamen vel jure Justiniano vel jure Canonico invenitur probatum. *Bachov. ad Tr. d. d. sb. 4. lit. f. p. 939. ibi hinc obstag. Franc. c. 4. n. 121.*

CLXXV.

CLXXV. Similiter huc referri possunt variae clausulae instrumentis fidejussionum apponi solitae, de quibus *Her. c. 17. n. 12 & seqq.*

CLXXVI. Detrahentia dicimus, quibus contrahentes aliquid excipiunt, quod alias ex natura contractus illis competebat.

CLXXVII. Huc pertinent Renunciationes beneficiorum fidejussoribus competentium, quarum triplex solet constitui modus: Aut enim renunciatio est generalis, aliis generalissima dicta; quando nimirum quis in genere omni legum beneficio & auxilio renunciat; Aut est Specialis; aliis Generalis subalterna, veluti quando quis certo generi beneficiorum renunciat: V. C. Ego renuncio omnibus beneficiis, quae pro fidejussoribus sunt introducta: Aut denique est Specialissima; quando quis uni vel pluribus beneficiorum speciebus, nominatim renunciat: V. C. Ego renuncio beneficio Excussionis, Divisionis, Cedendarum actionum &c. quibus addi potest quartus; veluti si praemissae uni alicui speciei postea subjiciatur renunciatio generalis; V. C. Renuncio beneficio Excussionis & omnibus aliis remediis fideiussorii. *Franc. c. 5. n. 347. Coler. d. c. 10. n. 430. & seqq. Her. d. c. 17. n. 39. & seqq. Bachov. ad Tr. d. d. th. 5. lit. c. & d. pag. mibi. 947. ibi dubitari autem.*

CLXXVIII. Licet autem Constitutione Electorali 17. p. 2. posterioribus duobus modis saltem firmae renunciationis vis & efficacia sit tributa, duobus prioribus plane exclusis, de jure tamen communi non minorem vim & efficaciam etiam secundo renunciandi modo competere existimamus. *arg. l. 7. § 15 ff. de pact. priori autem modo etiam hoc nostro jure civili omni virtute denegata. arg. l. 40. in fin. ff. de jur. fisc. l. 6. ff. de pignor. & hypoth. Coler. Franc. Hering. ad locis. Diss. quoad primum renunciandi modum Bachov. d. loco.*

CLXXIX. Tacitam vero renunciationem quoad hunc passum nullam agnoscimus: Uode nec fidejussorem, qui se principalem debitorem constituit, als einen selbst Schuldener, beneficia fidejussoria a se abdicasse dicendum putamus. *per l. 3. C. de fidejussor. Fr. c. 5. n. 188. cum seqq. Bachov. ad Tr. d. d. th. 5. lit. c. pag. 950. & seqq.*

Diff. Treutler. d. loco. Coler. p. i. c. 10. n. 293. & seqq. Latè Her. c. 27. n. 67. cum seqq. Godd. de contr. stip. c. 9. concl. 5. n. 97. Zang. p. 2. c. 15. n. 9. Berlich. p. 2. concl. 23. Nobiscum facit constit. Elect. p. 2. c. 18.

CLXXX. Sicut etiam nec eum qui cum juramento pro alio intervenit, oder welcher bey seinen wahren Worten/ Ehren/ Treu und Glauben an Endes Statt vorspricht/ Daß er auflegen vñnd zahlen wolle / wofern der Hauptschuldener in bestimmter Frist säumhafft erscheinen würde/ sive sit in dignitate constitutus, sive non, propterea ab hisce beneficiis excludendum pronunciamus: quia juramentum semper induit naturam actus super quo interponitur. l. ult. C. de non numerat. pecun. Fachin. libr. 3. contr. c. 15. Franc. d. c. 5. n. 386. Zanger. p. 2 c 15. n. 9. Bachov. ad Treutler. d. th. lit. c. pag. 949. ibi. Et hinc tamen. Dissentit Her. d. c. 27. n. 45. Berlich. d. p. 2. concl. 22. n. 20. ubi plures.

CLXXXI. Et tantùm hactenùs de iis, quæ naturam fidejussionis simpliciter in se consideratam afficiunt dixisse sufficiat: Restat ut paucis etiam attingamus ea quæ huic contractui sunt affinia, item quæ contraria.

CLXXXII. Affinia fidejussioni sunt Mandatum, Constitutum, Expromissio, Nuda repromissio, Nominatio, Inscriptio, Obligatio Pignoratitia, & denique Juratoria Cautio, quæ omnia sicut in multis cum fidejussione conveniunt, quemadmodum id fufius explicavit Hering. c. 18. per tot. ita etiam vicissim in multis ab eadem discrepant & defleunt: quod sigillatim de singulis demonstrare, nec instituti ratio nec pagellarum admittit angustia, sufficiat aliquid de hac re dixisse supra thes. 8. & seqq. Plura desideranti satisfaciet Hering. d. c. 18. per tot. ubi alia quoque præter jam enumerata cognata adducit.

CLXXXIII. Contraria fidejussioni præcipuè sunt, Error. l. 37. ff. b. t. Vis & metus. l. 5. C. de inutil. stipul. item dolus tam creditoris quàm debitoris. l. 1. in pr. & t. e. ff. de dol. mal. hæc enim omnem consensum excludunt, l. 15. ff. de jurisdict. l. 8 & 9. C. de jur. & fact. ignor. l. 116. de R. 7. qui tamen in omnibus contractibus & sic etiam in fidejussione maximè requiritur. l. 1. §. 3.

l. 1. §. 3. ff. de pact. l. 5. §. ult. ff. si quis caution. latè Godd. d. tr. c. 3.
Her. c. 19. n. 1. & seqq.

CLXXXIV. Hic etiam referrì potest dolus ipsius fidejussoris, puta quando promissa servare, vel datam fidem adimplere recusat. l. 1. in pr. ff. de pact. l. 11. in pr. ff. de act. empt. Sive hoc fiat directè, quando quis directò solutionem Creditori denegat, sive obliquè: quando quis obligationis verba malitiosè detorquet, & veteratoriè interpretatur; seu quando quis solutionis inhibitionem sibi fieri à judice callidè obtinet. arg. l. 27. in fin. ff. de constit. pecun. Her. d. c. 19. n. 79.

CLXXXV. Notandum autem hic quod quamvis fidejussores ita dolosè contra sua promissa venientes, si non pro perjuro certè pro perfidis & improbis sint habendi, eò quòd bonam fidem in solvendo non agnoverint. l. 99. ff. de R. J. non tamen propterea creditori permissum sit fidejussorem post moram commissam per famosas Scripturas publicè in valvis compitis ac palis propositas, vel etiam per ipsam obligationem in locis inhonestis, als am Pranger/Balgen/offenbahren Strawenhäusern vnd der gleichen Orten affixam traducere & diffamare, vel etiam illi nomen, effigiem, seu insignia in fenestris vel alibi depicta deturpare. Coler. p. 1 c. 8. n. 76. & seqq.

CLXXXVI. Etià si fidejussor ad hoc pacto se obligasset. Col. d. loc.

CLXXXVII. Quibus ita explicatis, cum naturale sit omne id quod certo modo constitutū est, certo quoq; modo vicissim dissolvi. l. 35. & 135. de R. J. tandem sub finem hujus disputationis paucis etià modos, quibus fidejussio tollitur, recensere: horum præcipuè sunt. 1. Debiti Solutio, sive à reo principali sive à fidejussore facta. l. 43. 49 ff. l. 5. l. 17 C. de solut. 2. Novatio l. 4. C. b. r. 3. Delegatio. l. 18 ff. b. r. 4. Acceptilatio. l. 13. §. 7. l. 16. in fin. ff. de accept. 5. Compensatio. l. 4. & seqq. ff. de compensat. 6. Oblatio, Depositiō & Cōsignatio l. 64 ff. b. r. 7. Præscriptio l. 2. C. de constit. pecun. l. 3. & 4. C. de præscr. 30. vel 40. annor. 8. Transactio. l. 68. in fin. ff. b. r. 9. Pactū de nō petendo, sive inter reū & creditorē, sive inter creditorē & fidejussorē initū. l. fin. ff. de pact. 10. Successio & confusio l. 5. l. 14. ff. l. 24. C. b. r. 11. Annulatio contractus principalis. l. 7. §. 1. ff. de Except. 12. Jusjurandū. l. 28. §. 1. l. fin. §. fin. de jurejur. 13. Remissio obligationis. l. 10. §. ult. c. aliquot seqq. ff. mand. 14. Interic
rei

rei debitæ sine culpa debitoris & fidejussoris contingens. l. pen. ff. de solut. 15. Arrogatio debitoris seu fidejussoris à creditore facta. l. 2. S. pen ff. de cap. minut. Et tandem 16. Liberatio legata. l. 49. in pr. ff. b. t. Plures horum modorum accumulavit Her. c. 20. Franc. c. 6. per tot. ubi etiam modò dictorum ampliationes & limitationes prolixè recensent. Tantùm.

Sicut in ludo pile alterius est commodè mittere, alterius etiam si quid erratum sit quàm bellissimè excipere & arte corrigere; ita aequilectoris flectere quadam in benigniorem partem.

SOLI DEO GLORIA.

F I N I S.



53379

ULB Halle

3

004 835 093




1017

3 q'ria d'apnara ma uicrom applicare in sup' benedicti



...no. n. b. l. e. m. i. q. u. i. n. s. e. n. t. i. n. o.
...p. a. p. i. t. n. i. m. u. c. a. t. o. r. i. n.
...d. o. l. o. r. p. e. n. a. z. e. x. h. i. m.
...m. u. t. a. t. i. o. n. e. s. i. c. g. r. a. t. i. a. q. u. i. c. t. a. c. o. r. v. e.
...d. o. l. o. r. e. x. e. o. q. u. o. p. l. e. n. s. u. a. p. p. l. i. c. a. t. a. a. d. i. g. n. e. c. u.
...m. i. s. s. i. s. a. n. q. u. i. t. p. u. e. s. e. n. t. i. n. i. m. u. c. a. t. u. r.
...c. o. r. d. e. n. r. e. a. l. i. t. e. r. s. i. i. n. i. t. i. l. i. t. a. t. i. o. n. e. s. i. c. z.
...a. i. a. s. e. p. a. r. a. p. m. e. l. l. i. m. a. p. p. l. i. c. a. t. a. a. d. i. g. n. e. z.
...z. p. h. i. u. e. r. e. a. n. a. t. e. z. d. o. l. o. r. a. d. u. i. c. e. n. t. i. n. i.
...q. u. o. u. t. d. i. x. i. m. l. i. c. z. i. n. t. e. l. l. e. t. a. m. a. i. e. s. e. p. a. r. e.
...d. a. p. n. a. t. e. q. u. o. s. p. e. m. a. l. i. g. n. i. i. n. h. i. s. f. u. g. a. t. u. r.
...u. i. c. e. s. i. n. s. q. u. o. u. e. p. e. a. n. a. t. u. a. b. i. g. n. e. p.
...i. m. u. t. a. t. i. o. n. e. v. e. r. e. d. i. n. a. s. e. a. m. i. n. t. e.
...i. n. a. i. e. x. h. i. s. i. c. q. u. o. i. c. e. l. l. e. t. s. i. c. s. i. n. s. i. c. z. q. u. o. u. i. r. e. a.
...p. i. a. t. a. i. n. t. e. l. l. e. h. i. s. i. l. l. e. s. q. u. o. s. i. n. s. i. c. i. f. i. c. i. t.
...e. i. q. u. o. u. i. b. r. e. c. i. p. i. a. t. i. l. l. q. u. o. u. e. a. u. t. e. a. i. a. a. b.
...i. g. n. e. p. i. m. u. t. a. t. i. o. n. e. s. e. a. m. i. n. t. e. i. n. s. i. c. i. n. o. z. q. u. o. s. p. e.
...m. a. l. i. g. n. i. s. i. c. s. i. c. a. d. u. c. t. u. r. i. g. n. e. c. o. r. d. i. i. n. s. i. n.
...a. d. h. i. q. u. o. p. a. n. a. t. u. r. h. i. s. p. e. n. a. t. u. r. z. n. e. c. e. n. q. u. o. d.
...s. p. p. o. r. t. e. r. i. g. n. e. i. n. s. i. n. s. e. c. u. q. u. o. p. o. t. i. s. z. d. e.
...u. t. s. i. l. e. m. i. m. u. c. a. t. o. r. z. i. n. t. e. l. e. m. z. a. l. e. z. p. e.
...n. a. m. h. o. r. t. e. c. a. r. e. i. n. s. p. i. m. a. l. i. g. n. o. s. i. n. i. g.
...n. e. q. u. o. c. a. t. e. c. u. i. g. n. e. i. n. t. e. l. l. e. g. o. d. i. c. t. u. s. s. i. c. q. u. o.
...p. e. n. a. z. d. o. l. o. r. s. i. n. i. n. o. b. i. s. d. u. v. i. u. m. s. i. n. i.
...a. i. a. s. e. p. a. r. a. s. i. n. s. p. i. m. a. l. i. g. n. o. n. z. e. x. i. m. u.
...t. a. t. i. o. n. e. c. o. r. d. i. r. e. a. l. i. t. e. r. m. i. s. s. i. n. t. e. l. l. i. t. a. t. i. o. n. e.
...n. e. q. u. o. u. e. a. d. i. n. s. i. n. i. t. u. z. n. e. a. d. l. o. c. p. e. n. a.
...l. e. n. i. d. o. n. a. n. z. q. u. o. i. n. f. e. r. n. i. m. g. o. d. e. s. i. l. i. s. c. o. r. d. i. u.
...s. i. n. q. u. o. m. o. d. u. i. m. u. t. a. t. i. o. n. e. p. e. a. i. a. s. e. p. a. r. a. q. u. a.
...d. i. c. a. t. q. u. o. c. o. r. d. i. s. e. d. i. m. q. u. o. m. o. d. u. s. i. n. a. r. a. n. i. n.
...p. e. u. t. q. u. o. i. n. f. r. i. g. i. d. e. t. u. t. c. a. l. e. f. i. a. t. q. u. o. s. i. s. i. c. z.
...n. o. p. o. s. s. e. c. a. l. e. f. i. q. u. o. a. d. u. l. t. i. s. h. e. t. i. g. n. e. q. u. o. z.
...o. i. o. a. b. s. u. r. d. u. s. e. n. o. d. i. g. n. u. o. d. e. a. p. l. e. n. a.
...i. n. d. i. l. i. a. m. d. e. o. z. a. u. g. t. i. v. e. p. o. s. s. u. a. d. a. p. t. a.
...v. e. i. b. a. s. u. a. a. d. i. n. i. m. p. o. s. i. t. a. q. u. o. s. i. o. e. x. i. s.
...i. n. s. i. n. o. d. u. p. l. i. c. e. p. a. s. s. i. o. n. e. h. e. t. u. t. d. u. p. l. i. c. d. o. l. o.
...p. q. u. o. i. b. i. i. n. c. a. r. c. e. r. a. t. i. o. q. u. o. s. i. c. h. e. n. i. c. e. c. e. v. a. r. a.
...c. r. u. a. t. i. o. n. e. n. o. t. o. r. z. i. n. l. o. c. o. p. o. n. i. t. u. r. a. t. i. o. n. e.
...s. i. c. s. p. e. z. i. n. l. o. c. o. p. u. n. c. i. t. a. t. a. p. p. o. n. i. t. i. o. n. e. s. i. c. i. n. t. e.
...h. o. c. o. r. d. i. u. i. n. u. e. r. s. u. e. l. i. b. e. r. a. t. i. o. n. e. r. e. l. i. c. t. u. s. p. o.
...s. e. i. n. s. u. r. a. r. e. i. n. l. o. c. o. n. e. i. l. l. i. p. e. a. r. b. i. t. r. i.
...l. i. b. e. r. a. t. e. s. i. p. o. n. e. t. i. n. c. a. r. c. e. h. a. c. l. i. b. e. r. a. t. e. m.
...p. o. d. i. c. u. t. n. i. n. i. s. i. c. t. o. l. o. c. o. p. o. s. s. i. t. s. e. o. m. i. s. s. u. a. t.
...s. i. c. s. p. e. s. u. e. n. e. d. e. r. e. l. i. c. t. u. s. p. e. a. p. p. l. i. c. a. r. e. u. r.

...i. g. n. i. i. n. t. e. l. l. e. t. i. o.
...q. u. o. n. o. p. o. s. s. e. t. u. t.
...c. o. r. p. u. s. d. i. c. e. n. t.
...i. u. d. u. e. n. i. s. t. a. i.
...a. i. e. s. a. p. n. a. t. e. z.
...c. a. t. a. c. o. g. i. t. v. i. n.
...u. t. a. d. i. g. n. e. i. n.
...s. u. o. p. i. l. l. i. i. g. n. e.
...i. m. u. t. a. t. i. o. n. e. u. i. s.
...e. p. i. a. t. i. n. s. i. n. p.
...l. e. i. g. n. i. s. s. i. c. q. u. o. d.
...c. o. r. d. i. s. l. o. c. u. s. a. i. e.
...n. u. a. t. u. r. d. i. c. a. t.
...m. o. d. u. s. e. x. i. d. i. n.
...n. a. m. s. i. d. i. i. n. s. i. n. u.
...c. e. r. a. i. e. a. i. a. s. i. z.
...l. i. c. u. i. d. e. z. p. o. n. i. t.
...p. l. i. c. o. m. v. i. n. a. u. g.
...a. i. a. z. e. x. i. t. a. a. c. o.
...c. i. a. l. i. q. u. o. c. o. r. d. i. u.
...f. e. r. n. z. p. e. n. a. t. i. o.
...i. n. a. i. a. n. d. e. e. q. u. o.
...o. i. n. a. i. n. i. m. u. t. a.
...c. a. l. e. f. i. a. t. i. o. n. e. a. i. q.
...u. e. r. e. d. i. n. a. e. x.
...c. r. u. a. t. i. o. n. e. z. a. f. f. l. i. g.
...a. u. g. u. s. t. i. n. i. s. q. u. o. d.
...a. d. l. o. c. a. c. o. r. d. i. a.
...d. a. p. n. a. t. a. n. a. a. i.
...p. u. t. a. t. i. o. n. e. i. n. p. a.
...a. l. i. q. u. o. e. x. t. e. l. l. i. c. a.
...a. u. g. t. i. b. a. z. a. d. q.
...c. o. r. d. i. s. s. i. n. d. e. e. t.
...l. o. e. m. p. i. r. e. o. s. i. c. q.
...p. a. d. i. s. u. s. a. i. e. z. i.
...o. p. t. i. o. n. e. z. s. i. b. i. s. i. c. i.
...m. i. s. e. r. i. t. u. d. o. c. o. r. d. i.
...e. x. t. e. l. l. i. c. a. o. i. b. u. s.
Uolente
...q. u. o. i. n. u.
...z. p. l. i.
...f. e. r. i. t. u. r. p. l. i. c. a. h.
...i. o. r. e. m. u. e. l. u. c. i. d. e.
...d. a. p. n. a. t. o. r. d. i. c. e. n.



JOVA FELICITER PROSPERANTE. 10

De
FIDEJUSSIONE
Disputationem

*Nobilissimi Jctorum in Inclytâ SALANA Ordinis
Auctoritate & Permissu*

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO

**Dn. PETRO THEODO-
RICO J.U.D. CELEBERRI-**

**mo, P. P. Dicasterii Provincialis & Scabina-
tus Adessore meritissimo,**

*Præceptore, Favitore ac Promotore suo
et atem colendo honorando.*

Publicæ disquisitioni submittit

ad diem 29 Martij

**CONRADUS BARPKEN,
BRUNSVIGA SAXO.**

J E N Æ

Typis TOBIAE STEINMANNI.

Anno M, DC, XXIII,